PETRI LO
RIOTI SALI-
NENSIS,
IN
TITVLVM ILLVM,
De Gradibus affinitatis.
HACTENVS INCO-
GNITVM, IN-
TEGER COM-
MENTA-
RIVS.

VIRTVTE DVCE,

COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEBASTIA-
NVM GRYPHIVM,
M. D. XLII.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

PETRI LO
RIOTI SALI-
NENSIS,
IN
TITVLVM ILLVM,
De Gradibus affinitatis.
HACTENVS INCO-
GNITVM, IN-
TEGER COM-
MENTA-
RIVS.



LVGDVNI APVD SEBASTIA-
NVM GRYPHIVM,
M. D. XLII.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

CONSVLTISS. VIRO,

ET A SECRETIS MERITISS.

GVLIELMO BOCHETEL,

LO PETRVS LO-
RIOTVS
S. D.

QVI ciuilem philoſophiam, conſultiß. Bochetelle, ſine intermiſſu profitentur, perſpectè cenſent, plurimum referre, an iuris aliquem tractatum, multorum uigiliis illuſtratum, profeſſor interpretandum ſuſcipiat: an nemine duce, legem aliquam, aut titulum explicare conetur. Vti enim flores ex fertiliſſimo horto facilius, quàm ex ſterili, decerpere licet: ita & illos ſequuti, potius decem leges, quàm hic unam exponere poterimus. Et maxime, ſi non ſolùm neque Bartolum, neq; Alexandrum, aut Iaſonem, ſed ne Accurſium quidem didaſcalos habeamus. Quàm res ſit ardua, potiſſimum in legibus perplexis, non hîc uerbis attollam: quod ſciuerim, neminem procliuè crediturum, niſi qui & ipſe periculum in ſimili negotio fecerit. Sat mihi erit, ſi ab alijs accipias: modò cauſam noueris (ſunt enim plures, ſed una præcipua) ob quam hos Graduum & Affinium cõmentarios, prius typis excudendos emiſerim. Nam tanta eſt hoc ſeculo gloſſematicorum cuiuſcunq; ſcientiæ turba, ut difficile admodum fuerit, laudem aliquam ſcribendo mereri. Sunt enim pleriq;, qui ſuis ſcriptis nihil aliud nobis adferunt, quàm linguæ ornatum in his, quæ à Bartolo, & reliquis non ſatis compte tradita erant: Sunt & alij, qui maiorum interpretationes, uarijs in locis conſcriptas, certo loco cõgerant, & præterea parum. Qui uerò ingenio, ac propria inuẽtione, nominis ſui famam uindicare contendant, rari ſunt nantes in gurgite uaſto, & pauci quos æquus amauit Iuppiter. Cùm igitur ab hinc nouem, plus minus menſes, natalium reſtitutionem à Chriſtianiſſimo rege expoſtularem, ea fuit humanitas tua, ut me etiam tibi minime notum ciuitate donari curaueris: quo nomine ſi gratias referre non ualeam, hoc ſaltem munuſculo te æternitate donabo. Mihi itaque ſtatim ab aula reuerſo cogitanti, quanta fuerit tua in me beneuolentia, placuit denuò te literis noſtris interpellare, quibus ſcis quid exoptabam. Reſpondiſti, rem tibi adeo difficilem uideri, ut conſultius ſuperſedendum duxeris, quàm longius progrediendum Ego uerò refutatione aliqua contendere amplius nolui: conducibilius fore exiſtimans, ſi te hiſce lucubrationibus potius quàm uerbis in ſententiam noſtram trahere poſſem. Verùm, prius aliam rem ex alia cogitare cœperam. Niſi Titulum (inquiebam) & plauſibilem, & nodoſum,

& à nemine unquam declaratum, in lucem emiſero, uix ille mihi credet.

Rurſum mihi ipſi: num in toto iure popularem, & perplexis difficultatibus adeo obſcurum reperire titulum potero, qui à cõmentariorum quopiam interpretatus nunquam fuerit? Prima fronte inueniri minime poſſe exiſtimaui. Vnde ad illud Pauli perquàm difficile reſponſum, Re coniuncti, (tonum enim, quem Infortiatum appellant, tum interpretabamur) recurreram. Sed inter legendum, Titulus de Gradibus occurrit, qui neſcio an difficultate magis, an utilitate cum reliquis iuris Titulis certet: nec ſatis mirari poſſum, cur hactenus illum (niſi difficultates obſtitiſſe dixeris) neglexerint omnes Interpretes. Illum igitur nomini tuo dicare conſtitui: ut ex eo cõijcere poſsis (quod nullo labore facies) negotium illud, quod tantopere arduum exiſtimas, nobis neque tam graue, neq; tam difficile eſſe. Quòd ſi nec his commentarijs rem ſatis exploratam habeas: uidebis (quando uoles) & alia, quibus non amplius coniectura iudicare poteris, id præſtare nécne poſsimus, quod impoſſibile arbitraris. Bene Vale. Ex celeberrima Biturigum academia IIII. Cal. Februarij, M. D. XLI.

PETRI LORIOTI SALINENSIS COMMENTARIVS IN TITVLVM,

De Gradibus & Affinibus.

RVBRICA.

RVBRICAM hanc aliter, atq; aliter scriptam reperimus. Nam Iure pontificio de Consanguinitate & Affinitate: non, de Gradibus, inscribitur: [a] ea arbitror ratione: quòd Canones, qui ob matrimonia duntaxat de Consanguinitate tractant: [b] in matrimonio nõ tam gradus, quàm ipsam consanguinitatem, maxime in cognationibus rectis, [c] attendendam esse tradiderunt. [d] Iustinianus uerò rubricam ita expressit, de Gradibus cognationum: nullam de Affinitate mentionem faciens: [e] quoniam de Affinitate illa, de qua iam prius disseruerat, [f] eo loci nihil attingere uoluit: ne superfluitate aliqua, quam in iure omnem se resecasse gloriatur, [g] argui posset. Hoc autem in loco, ut uarij sunt Pandectarum codices, ita & diuersæ reperiuntur lectiones. Siquidem in Norimb. Haloandri characteribus, legitur, De Gradibus & Affinibus, & nominibus eorum. Et rectè, cùm de his omnibus in hoc titulo leges conscribantur. [h] Alij habẽt, De Gradibus consanguinitatis, & Affinitatis. Et id quoque recte, si Consanguinitatem pro Cognatione (ut plerunq; usurpatur [i]) accipiamus. Sed si propriam illius cõsideremus significationem, quæ de fraterna tantùm cognatione dicitur, [k] non adeo propriè hoc modo, ut priore, consistet. Tertio alij scribunt, De Gradibus cognationum, & nominibus eorum: quæ lectio proba minimè uidetur. Rubrica siquidem ut plurimum subscriptis legibus (quas Nigrum appellant) generalior esse solet: [l] & si specialior fuerit, ex Nigri ipsius interpretatione extensionẽ recipere debet: [m] quod hîc fieri nullo modo posse certum est: cùm uerbum Affinitas, de qua Nigrum loquitur, [n] cognationis appellatione comprehendi nequeat. [o] Quarto igitur ab alijs Rubrica inscribitur, De Gradibus affinitatis. Verùm hęc cæteris deterior est lectio: cùm quia hîc de Gradibus quoq; cognationum tractatur: [p] tum quia propriè nulli Affinitatis gradus dicuntur. [q]

a Rubr. de Cõsang. & Affinit. extra, in antiq.
b c. ad sedem. 35. q. 5.
c c. si quis cũ matre. 35. q. 2.
d c. in copulãdis. 35. q. 2.
e Insti. de grad. cog. in rub.
f §. Affinitatis Instit. de nupt.
g §. quibus. in pria constitu. C.
h l. iiij. d. l. fi. Inst. eo.
i c. non debet. Verb. prohibitionem. de consang.
k §. cæterũ. Instit. de leg. ag. succ.
l Rubr. de reb. cred. cum similibus.
m Rub. iuncto textu. autem ut eccl. ro. cũ similib.
n l. iiij. infra eod.
o d. l. fi. §. nomen. Infra eod.
p d. l. fi. per totum.
q d. l. iiij. §. gradus.

LEX I. CAIVS.

GRADVS cognationis alij superioris ordinis sunt, alij inferioris, alij ex transuerso, siue à latere. Superioris ordinis sunt Parentes: [a] inferioris, Liberi: [b] ex transuerso, siue à latere, fratres & sorores, liberiq; eorum. [c]

a. PARENTES: Id est omnes ascendẽtes utriusq; sexus, [a] usq; ad Tritauum: Parentum enim appellatione tales ueniunt. [b] Sed & eos, qui supra Tritauum sunt, in superiore cognatione esse certissimi iuris [c] est: quoniam licet Maiores propriè dicantur, [d] latiore tamen significatione sub Parentum appellatione com-

a l. appellatione parentis. de uerb. [illegible]
b l. fi. §. parentes. [illegible]
c d. l. iiij. §. septimo gradu.
d d. §. parentes.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

præhenduntur: [a] cùm etiam & Maiorum nomen ad ſolos parentes, eoſq; proximiores reſtringatur: [b] Veluti in lege, qua dicitur, mortuum in ſepulchro maiorum ſepeliendum eſſe: [c] ſepulchrum maiorum, patris potius quàm aui tumulum, ex ordine ſcripturæ, qui frequenter conſideratur, [d] eſſe dicimus. [e] Cæterum quoniam triplex eſt cognatio, Naturalis, Ciuilis, & Miſta: [f] oriri quæſtio poteſt, Vtruḿne Naturales Ciuiles & Miſti parentes in ſuperioris ordinis cognatione collocandi ſint? De Miſto nulla eſt dubitatio: de Naturali itidem non ſolùm materni aſcendentes, quia ſemper certi ſunt, [g] ſed & paterni, in ſuperiore cognatione computantur: [h] nõ tamen in ſucceſsione, licet illis eadem debeatur reuerentia, [i] perinde atq; alij admittũtur. [k] In ciuili uerò cognatione, quæ per adoptionem fieri ſolet, hi ſoli inter aſcendentes numerantur, qui adoptatum in poteſtate habent, ſiue tanquam filium, [l] ſiue tanquã nepotem. [m] Vnde aſcendẽtes materni in Ciuili cognatione nulli reperiuntur. Sed quid de his, qui mihi per affinitatem coniunguntur? [n] ut ſocer, ſocrus, & ſimiles: ſunt enim parentum loco, [o] ita tut illis naturalis debeatur reuerẽtia: [p] Veruntamen quia affiniũ nulli gradus ſunt, [q] nullos quoq; cognationum ordines in affinitate eſſe dicere poſſumus: tametſi in conſanguineorum conſequentiam ipſi affines, ut poſtea declarabimus, [r] diuerſis gradibus nobis coniungantur. [s]

b. LIBERI, ſunt omnes deſcendentes uſq; ad trinepotem: [t] Quinimo & qui poſt trinepotes ſunt, in inferiore continentur cognatione: [u] cùm etiam & liberorum appellatione Veniant. [x] Nec refert ſint́ne in poteſtate, an ſui iuris: [y] ſint́ne maſculi an fœminæ. [z] Proinde quæ de naturali, ciuili, & miſto parente in proximo articulo diximus, hîc in filijs repetenda eſſent.

c. LIBERIQVE EORVM. Nõ ſolùm fratres, ſorores, liberiq; eorũ ex latere ueniũt: ſed et patruus, amita, auunculus, & matertera, necnon eorũ liberi: [a] Sed iſti uno gradu ſunt ſemper illis remotiores: [b] quoniam rectos gradus nõ faciunt: nam patruus reſpectu patris, cùm illius ſit frater, in ſecundo gradu eſt: [c] unde filio reſpecto, neceſſe eſt ut ſit in tertio: fratres uerò quia inferiorem gradum & rectũ & tranſuerſum faciunt, reſpectu patris ſunt in primo, reſpectu inter ſe habito, quoniam fratres, ſunt in ſecundo gradu.

SED ſuperior quidem, & inferior cognatio, à primo gradu incipit: ex tranſuerſo, ſiue à latere nullus eſt primus gradus: & ideo incipit à ſecundo.

SED cur tranſuerſa linea à ſecundo tantum gradu incipiat, ſuperior & inferior à primo? Huius rei inueſtigatio non niſi perſpecta gradus definitione agnoſci poteſt.

Eſt itaque Gradus, de uno proximo in alium proximum tranſitus. [d] Quot autem tranſitus fient, tot neceſſariò gradus eſſe dicemus, [e] modo ad remotiores fiat trãſitus: [f] ſiquidem ſi ad plures æquè proximos tranſire uolumus, unus ſolummodo gradus erit. [g] Primus igitur tranſitus primum faciet gradum. Itaq; cùm pater & filius omnibus cæteris inter ſe proximiores ſint, una nimirũ atq; eadem perſona, [h] uel caro, [i] ab uno ex illis ad alium, primum tranſitum eſſe fateri oportet: [k] & per conſequens primum gradum. [l] Cùm igitur pater ſuperioris cognationis, filius inferioris initium faciant: [m] conſequens eſt, ut ſuperior & inferior linea, ſeu cognatio, à primo gradu incipiat. [n] Secundus uerò tranſitus, ut ex ſuperioribus conſtat, ſecundus gradus eſt: [o] ueluti de patre in nepotem, filio in auum, fratre in fratrẽ. [p] Cùm enim iſti poſt patrem & filium proximiores ſint: [q] ſubſequitur, in illis ſecundum conſiſtere gradum: quippe quòd ſecundus ſit tranſitus. [r] Quamobrem cum à fratribus tranſuerſa cognatio exordium habeat, [s] à ſecundo quoq; gradu neceſſariò incipiet: [t] à fratribus autem ideo exorditur, quòd illis, ex trãſuerſo ſiue à latere nulli alij proximiores exiſtant. Sed hæc iure ciuili duntaxat ſibi locum uendicare poſſunt. Nam Pontificia ſanctione fratres in primo gradu eſſe nemini dubium eſt: [u] ita ut initium ab eo primo gradu tranſuerſa cognatio habeat. Iuris ciuilis & canonici differentiæ rationem hanc Alexander Papa commemorat: quòd computatio Canonica ob matrimonia, ne

a l.iiij.§ parentes.ff. de in ius uoc.
b l.lex quæ.ẏ.nec uero.C.de admin.tut.
c c.iij.de ſepul.li.6.
d l.ij.§.prius.in princip.ff.de uulg.
e c.iij.ẏ. quo uero. de ſepul.extra.
f l.iiij.§.cognatiõis. infra.
g l.quia ſemper.ff.de in ius uoc.
h l.fi.C.de natur.lib.
i l.parentes.ff de in ius uoc.
k §.filiũ,autem. quib. mod. nat. effic. ſui.
l l.adoptiuum. ff. de in ius uoc.
m l.adoptiones. ff.de adoption.
n l.qui in adoptionẽ. ff.de adopt.
o l.quia parentis.ff. ſol. mat §.œconomus,auten. de alie. & emphyt.
p Doct. l.j.C. de in ius uoc.
q d.l.iiij.§.gradus.j. eod.
r dicam in fi. l.iiij.§. gradus.
s c.porro. 35.q.5.
t l.fi.§.parentes.j.
u d.l.fi. in fine legis. ẏ.trinepotis.
x l.liberorum.de uerb.ſign.
y l.iiij.circa finem §. inadoptionem.j.e.
z l.cognoſcere.§.liberorum.de uerb.ſig.
a l.fi.§. ſunt & ex lateribus j.
b §. ſecundo gradu. cum ſeq.j. eod.leg.
c §.primo gradu. cũ duob.ſeq.j.ea.l.

d l.fi.§.gradus.j. eo.
e § hactenus ẏ.quippe.inſtit.eod.
f d l.fi.§.ſecundo gradu.ẏ.& hic numerum.
g gloſ. Verb.generata.d.§.hactenus. & d.ẏ.& hic numerũ.
h l.fi.C.de impub.& alijs ſubſtit.
i c.cõtradicimus.35.q.5.
k l.fi.j.§.quarto gradu.in fi.ẏ. filius nepos.& §.ſeq.ẏ.pater auus.
l § primo gradu.j.e. lege.
m d.§.primo gradu. ut hic.
n l.n.j.§.at quoties. ẏ.nam qui mihi.
o d.§.at quoties.ẏ.ſi militer.
p l.j.§.poſt ſuos.j.de ſuis & leg.
q d.ẏ.ſimiliter.cũ ſeq.
r §.ſecundo gradu.j. ead.leg.
s ut hic.
t c.ad ſedem. ẏ.ſic fratres itaq;. 35.q.5.
u c.ad ſedem. ẏ.ſic fratres itaq;. 35.q.5.

nia,ne inter personas prohibitas contraherentur,[a] fiat. Vnde cùm nuptię sine masculo & fœmina esse nequirent :[b] consequitur ut iure canonico transitus de uno masculo & fœmina,ad alium masculum simul & fœminam fiat.Ius uero ciuile ob hæreditates gradus dinumerat : quæ quidem ab una persona uni soli alij obuenire possunt. Vnde lex non nisi unam personam addítam,ad gradum unum constituendum necessariam esse sanxit .[c] Contrà pontifex unum matrimonij gradum absq; duorum adiectorum numero esse non posse decreuit. Itaq; fœmina quò maiore proximitate nobis coniungitur,mater est, aut filia : quòd in primo gradu[d] sint : Vnde primum matrimonij gradum, Pater & filia,Mater & filius constituere deberẽt:Verùm quoniam huiusmodi personæ una caro dicuntur,[e] eas pontifex annumerare, perinde ac si non essent,noluit :[f] sed alias,quæ ab his proximiores sunt, in primo gradu statuit. Sed quęret aliquis,Quę́nam illæ sunt? Respondet summus pontifex, fratrem & sororem esse.[g] Quid ita? an non auus & neptis , nepos & auia, aut proximiores, aut saltem cum in eodem gradu constituantur[h] æquè proximi sunt? In professo sane est, summum pontificem hæc minimè ignorasse. Verum cum iam lex ciuilis inter ascendentes & descendentes nuptias perpetuò prohibuisset[i] : de his pontifex (quippe qui à iure ciuili ne latum quidem unguem discedere decreuerat) quicquam differere non uoluit,quasi hoc superfluum esset. Quid enim disputare prodest,quoto gradu sit nepos,neptis, auus ,auia, cùm perpetua sit inter superiores & inferiores rectos nuptiarum prohibitio? Nec me uel tantillum mouet, quòd Goffredus in summa sua existimauit,prohibitionem tantum ad quartum usq; gradum esse:[k] illi enim uno ore refragantur omnes. Proinde si summus pontifex superfluè (ut interpretes nostri fecerunt) de superioribus, & inferioribus,quoto gradu essent, differere uoluisset, procul dubio affirmasset auum & neptem, auiam & nepotem,in primo gradu esse : nam cùm pater & filia,mater & filius (ut nunc dixi) propter carnis unitatẽ non numerentur:[l] qui proximiores sunt post illos,non sunt frater & soror,sed auus & neptis:quoniam inter hos,nõ inter illos consistit suitas,[m]quæ in omni agnatione primum sibi solet uendicare locum.[n] Crediderim igitur,si de ascendentium & descendentium gradibus iure canonico disceptandum quoquo modo esset, auum & neptem , auiam & nepotem in primo gradu esse : cùm propter suitatem saltem in nepte,[o] tum quia maior copulæ carnalis prohibitio inter ascendentes & descendentes,quàm in transuersa cognatione reperitur:[p] Præterea sicut frater & soror iure ciuili sunt in secũdo gradu, ita quoq; auus auia,nepos & neptis.[q]Vnde pari ratione qua frater & soror,Iure canonico in secundo gradu collocari debent.[r] Ex quibus omnibus suprascriptis manifestum est , omnes Doctores hactenus errasse,qui existimarunt superioris & inferioris cognationis gradus,eosdem utroque iure & ciuili & pontificio[s] esse, rubris & nigris notis in arbore illa,quam sibi cõfinxerunt,singulos gradus distinguẽtes. Quod cùm fieri haud quaquam posse uidimus,canonicam arborem,quã ante nos nemo unquam nouit, hic inserere decreuimus, modo prius scrupulum quo quis distorqueri posset, summouerimus . Nam inquiet ius canonicum consanguinitatis gradus , non solùm inter masculos & fœminas , puta fratrem & sororem , consobrinum & consobrinam adnumerare uoluit:uerum etiã inter masculos tantùm, fratres uidelicet , aut fratrum filios,[t] unde perpetua non esset differentiæ ratio, quam supra assignauimus. Huic ego respondebo,quoties masculus & fœmina iure ciuili in eodem gradu sunt, in uno gradum mutare , in alio non mutare , minime pontificem potuisse.[u] Qui enim sunt in eodem statu , quomodo eos diuersi gradus esse iudicabimus?[x] Adde incongruum non esse, quod ratione mulieris præcipuè immutatum esse reperimus, illud tacitè ad masculos , qui eiusdem gradus iure ciuili sunt , extendamus .[y] Præterea uix fieri potest quod in tota una cognatione mulier aliqua non existat , ad idq;, quod frequentius contingere solet, lex pontificia respectum habuit:[z] quapropter cum respectis mulieribus masculi in certis gradibus statuantur : in alijs gradibus inter se haudquaquam esse possent : ne res una atque eadem diuerso iure censeatur .[a]

Sequitur

a d.c.ad sedem, uersi. deniq;.
b Instit. de patr. potestа. §. nuptiæ.
e d.uersi.deniq;.
d instit.ad senat. or si. in prin uer.& præferuntur.
e d.ca.contradicim⁹.
f d.c.ad sedem.in fi.
g d.c.ad sedem.uersi. fratres itaq;.
h §. secundo gradu. infra.
i §.ergo.Iusti.de nup.
k Ioan.and. in arbore consang.in glos. uerb.deniq;. uersi. quæro an inter.
l d.ca. contradicim⁹.
m §.j.Instit. de hære. quæ ab intest.& de leg.ag.suc.in prin. & §.j.
n l.ii.§.cognati.in fi.
o l.j.§.sciendũ . cum si.inf.de suis.
p §.ergo.§. inter.Instito. de nup.
q d.§ secundo gradu.
r uulg.l.illud,ad legẽ aquil.ff.
s Ioan.And.in d.arb. consang.docto.l.ij. C.de succes. edicto.
t d.c.ad sedem.uersi. fratres itaq;.
u arg.l iiij.uer.inco-gruum.§.de uulga.
x l.ii. cum si.C.de in dict.quid.sol.
y argu.l.si posi mortem §.ii.§. de bon. poss.contrac.
z uulga.l.nam ad ea. de legib.ff.
a l.eum qui.ff.de usucapio.

Sequitur arbor, quæ iure canonico considerari debet: in qua superiorem & inferiorem cognationem adiecimus: non quòd necessaria esset, sed ut Doctorum errorem diluere facilius unusquisque posset. Nam,

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

POST arborem hanc canonicam, libet hoc loci tres illas regulas, quibus Interpretes canonicam graduum computationem docuerunt, explicare: quamuis ex arbore nostra Doctorum lapsus in plerisq; deprehendi possit.

PRIMA REGVLA.

Tot sunt gradus, quot personæ, una dempta.[a]

a Io. Andr. in d. arbo. in glos. uerb. deinde. ỹ. ad inuenien dum.

QVAM falsa sit hæc prima regula, ex superioribus facilè cõijcere licet: siquidẽ cùm gradus iure canonico (ut dixi) ob masculum & fœminam computantur,[b] nõ est perquirendum, quo gradu pater sit à filio, uel mater à filia: sed quo pater à filia, qui cùm duę sint personæ, secundum regulam unum gradum facere deberent, & tamen propter carnis unitatem non faciunt,[c] sed auus & neptis: qui licet tres reperiantur personæ, auus, filia, & neptis: non tamen in secundo gradu sunt, sed in primo, his rationibus de quibus supra diximus. Adde hanc regulam aut Iureconsulto aduersari, aut subobscuram esse. Ait Iureconsultus, quẽ hac in re Pontifices sequũtur, in primo gradu quatuor personas esse,[d] si unam demas: non tamen tres gradus secundum regulam remanere possunt. Et si contendas, regulam intelligendam esse de patre & filio, separatis à matre & filia: subobscura est regula, alioq; modo clarius ita concipi poterat, modò intelligas nos loqui in linea ascendenti, & descendenti.

b d. c. ad sedem. ỹ. de nupt. 35. q. 5.

c c. contradicimus. 35. q. 3.

d §. primo gradu. ỹ.

VERA REGVLA.

Quot sunt generationes remotæ, una dempta, tot sunt gradus.

SIC auus, filia, & neptis, sunt duæ generationes, erit igitur unus gradus: eodem modo auia à nepote in primo gradu est, quia duæ sunt generationes, filius & nepos. Dixi, Quot sunt generationes remotæ: propterea, quòd tot sunt generationes, quot filij & filiæ, quot nepotes & neptes, & ita de alijs: sed quia æquè propinquæ sunt, diuersos gradus constituere non solent.[e] Addidi præterea ad nostram regulam, Vna dempta: propterea, quòd pater & filius sunt una generatio, & tamen propter carnis unitatem non computantur.[f]

e l. fi. ỹ. §. secũdo gradu. ỹ. sed hic numerum.

f d. c. contradicimur.

SECVNDA REGVLA.

Quo gradu distant à communi stipite, eo distant inter se.[g]

g gl. d. uerb. deinde. ỹ. collateralium. j.

HANC regulam in transuersa cognatione æquali constituerũt: ut in duobus fratribus, qui à stipite sunt in primo, & itidem inter se in primo: Sic filij duorum fratrũ sicut à stipite distant duobus gradibus, sic & inter se duobus. Idem in duorum fratrum nepotibus, pronepotibus, abnepotibus, atnepotibus, trinepotibus. In trãsuersis uerò patruis magnis, maioribus, maximis: item auunculis magnis, maioribus, maximis: amitis præterea, & materteris magnis, maioribus, & maximis: item & illorum liberis. regula non est perpetua, ut diligens lector uidere potest: nam propatruus, frater proaui patris aui, ne affinis quidem est propatruo fratri proaui patris auiæ: & ratio est, quia eundem non habent stipitem.

TERTIA REGVLA.

Quoto gradu remotior distat à communi stipite, eo transuersi inæquales distant inter se.[h]

h c. fi. de consang. eẽ in antiq.

HAEC

HAEC regula in transuersa cognatione inequali constituta est, & iure probatur: quam si in suprascripta nostra tabula ueram dignoscere uolueris, necesse est, ut inter eos, de quibus quoto gradu sint quæritur, eum dispicias, qui à communi stipite est remotior, & ab illo, dinumeratione facta usque ad communem stipitem, quot erunt gradus, tot inter illum, & alium de quo quæritur, erunt: ut uidere est in arbore, quam hoc pacto intelligere debes. Si quæritur de pronepte sororis, quoto gradu à nepote fratris distet, à sella proneptis computandum est usq; ad sororis patrem, & cùm sint quatuor gradus, ab ipso filij nepote quatuor quoque distabit gradibus: quod patebit si à sella nepotis, computato sellæ numero, uersus mulieres tendendo, usque ad illam proneptem dinumeraueris. Sic si uis scire, quo gradu differat atnepos fratris, à filia sororis, computare oportet ab illo atnepote, usque ad fratris illius patrem: & cùm sint sex gradus, totidem inuenies inter illum atnepotem & sororis filiam, si ab ipsa sella filiæ secundum numerum sellæ, uersus masculos tendendo, usque ad illum atnepotem dinumeraueris. Et hæc de canonica consanguineorum supputatione sufficiant.

ITAQVE in primo gradu cognationis, superioris quidem & inferioris ordinis cognati possunt concurrere: ex transuerso uerò nunquam eo gradu quisquam concurrere potest. at in secundo, tertio, & deinceps in cæteris: possunt etiam ex transuerso quidam concurrere cum superioris ordinis cognatis.

a QVALITER superiores cum inferioribus aut transuersis concurrant, dupliciter intelligi potest. Vel enim in successione[a], uel in gradu tantùm concurrunt.[b] Sed quonam pacto in primo gradu, in quo quatuor tantũ sunt personę, duo superiores, pater & mater, duo inferiores filius & filia, superior cum inferiore in successione concurrere possit, uix dignoscitur. Ait tamen Accursius, quòd mater filio, & filius matri concurrit:[c] cuius interpretationem licet admiserimus, falsa tamen erit in legitimis filijs, qui cum nemine concurrunt, sed cæteris omnibus præferuntur.[d] In naturalibus uerò etsi hodie mater quandoq; in duabus uncijs,[e] nonnunquam in una cum filijs simul concurrat,[f] Digestorum attamen tempore solùm cautum erat filios naturales aut nepotes matribus, non patribus succedere posse.[g] Vnde §. noster, si Accursium defendere uelimus, ita intelligendus erit, ut comma post uerbum INFERIORIS ORDINIS, in textu appositum, fieri debeat: sitq; sensus, In primo gradu cognationis superioris & inferioris ordinis concurrere possunt cognati: Quod in filio & filia apertissimum est.[h] Idem & in patre matreq; puto, quoties non ipse, sed auus, nulla contracta fiducia nepotem suum emancipasset.[i] Et hoc pacto olim pater & mater, item filius & filia, non autem mater cum filio aut filia concurrebant: licet hodie, ut infra declarabimus, aliter concurrant.[k] De transuersis uerò qualiter in successione concurrant Digestorum tempore, non satis liquet: nam cum inferioribus rectis nunquam concurrere possunt, quia illis magis quàm reliquis debetur successio.[l] Cum superioribus uerò rectis, tametsi hodie frater cum auo concurrat:[m] huius legis tamen tempore, frater auo semper potior erat: cùm matri, quæ auum excludebat,[n] præferebatur.[o] Et idcirco si §. nostrum de huiusmodi hæreditario concursu (ut Accursius sensit) intelligamus, magis nonnullorum codicum placet lectio, quæ periodum post uerbum IN CAETERIS, facit: ita ut sensus sit: Ex transuerso in primo gradu nullus concurrit, at in secundo, tertio, & deinceps in cæteris. Postea subiungitur, Possunt etiam ex transuerso quidam (ita enim habet lectio, non Quidem, ut in plerisq; codicibus legitur) concurrere cum superioribus: ut filius fratris cum patruo concurrit. Cæterum etsi fateamur omnia hæc in se uera esse, §. tamen nostro minime conueniunt: siquidem de huiusmodi hæreditario concursu si Iureconsultus loqueretur, superfluè postea subiungeret, Quando de hæreditate est quæstio, non semper qui sunt in eodem gradu concurrunt.[p] Aliter igitur Iureconsultus intelligendus est, ut non de hæreditario, sed graduum concursu loquatur: possunt enim pater meus, & filius meus, mihi in primo gradu concurrere: quemadmodum auus

a §. si uero cum ascendentibus. authẽ. de hæred. ab intesta.
b ut hic.
c glo. hic. uerb. cognati.
d §. quia igitur oĩs. authẽ. de hæred. ab intest. l. si matre. C. de suis & legiti.
e §. si quis autem defunctus. authẽ. quib' mod. nat. effi. sui.
f l. matre. C. de natur. libe.
g l. ij. l. iiij. l. modestinus. ẽ. unde cogna.
h §. j. Instit. de hæred. quæ ab intesta.
i argu. à conte. sensu. §. ii. Instit. de legit. ag. succes. & l. ij. §. obijcitur. ff. ad tertul. & l. j. §. si à parent. quis man.
k d. §. si uero cum ascẽdentibus.
l d. l. si mater. C. de suis & legiti.
m d. §. si uero cum.
n l. ij. §. sed neq; auus. ff. ad tertul.
o § præferuntur. uer. frater. instit. de senat. tertull.
p ut in §. seq. qui incipit, sed admonendi.

meus,& nepos meus, ſunt mihi in ſecundo gradu: proauus, & pronepos, in tertio: abauus,& abnepos,in quarto: & in reliquis ſuperioribus, & inferioribus rectis, qui ei,de cuius cognatione quęritur,in eodem gradu concurrere poſſunt. Sic & tranſuerſi,inquit Iureconſultus,[a] non ſolùm cùm ſoli ſunt, ut filius fratris mei, & patruus meus,qui in tertio gradu mihi concurrunt: nepos fratris,& patruus magnus,in quarto,& ita in reliquis, uerùm etiam nõ ſolùm quidam tranſuerſi(ut cõmunis eſt lectio: Quidem enim,non Quidam,legendum puto) ſed & omnes qui à latere ueniunt,cum ſuperioris ordinis recti cognatis concurrunt: ut frater cum auo in ſecundo, filius fratris mei,proauus meus,patruus meus,in tertio: & ſic deinceps in reliquis. Sed quid, nónne tranſuerſi & cum inferioris ordinis cognatis concurrere poſſunt? nunquid pronepotem & patruum in tertio gradu, fratrem & nepotem in ſecundo mihi concurrentes habere poſſum? Quod cùm uerum ſit, ſuperfluum uidetur Iureconſulti reſponſum,inquientis,tranſuerſos cum ſuperioribus, nulla de inferioribus commemoratione facta, concurrere poſſe. [b] Vt Iureconſultum ab hac ſuperfluitate excuſemus,neceſſe eſt,ut non ignoremus tranſuerſos,ſua nomina,non ſuperiorum,ſed inferiorum cognatorum reſpectu,habere: ſiquidẽ frater & patruus, non auo,uel proauo, ſed filio reſpecto,ſuum nomen habẽt[c]: quia cum à ſuperioribus trãſuerſi omnes recta proueniant,[d] illorum ſuperiorum reſpectu,à quibus rectum nomen habent,tranſuerſam habere minime poſſent: [e] quomodo enim patruus qui filij nomen ab auo habet, ipſo auo,uel patre reſpecto,patruus dici poteſt? Itaq; quo minus tranſuerſi cũ ſuperioribus (quia ab illis nomen minime ſumpſerunt) ſemper in eodem gradu concurrunt, nihil obſtare poteſt,ut frater cum auo,patruus cum proauo. Cum inferioribus uero ita diſtinguendum eſt,ut ſi quęramus quoto gradu tranſuerſi ſint, & illi quorum reſpectu nomen habent, in eodem gradu nunquàm inuenientur, quippe frater & patruus,qui filio reſpecto ita appellantur,ſunt in ſecundo uel tertio gradu,filius uerò in primo.[f] At contrà, ſi ad ipſa nomina nullum reſpectum habeamus,ſed tantùm ad aliquem,de cuius cognatione quęreretur,in profeſſo eſt,à latere uenientes,non tantùm cum ſuperioribus, ſed & cum inferioribus concurrere poſſe. Ipſe enim cùm de mea cognatione quęrere uelim, & filium fratris,& pronepotem, proauum, patruumque, omnes in tertio gradu habere poſſum. Sed erit fortaſſe quiſpiam, qui dixerit: ſi patrem & matrem,filium & filiam, in primo gradu concurrentes habuero: ſequitur in eo gradu, me unà cum illis quatuor perſonis connumerato, quinque perſonas repęriri: cùm tamen Iureconſultus quatuor tantùm inueniri poſſe affirmet.[g] Similiter & in omnibus cæteris gradibus hoc modo dinumerando,unam ſupra eas perſonas quæ à Iureconſulto enumeratæ ſunt, ſemper reperiemus: nam ait, in ſecundo gradu duodecim perſonas eſſe: [h] hîc tredecim reperiuntur, dinumerato illo,de cuius cognatione quæritur: cùm duodecim perſonas in hoc ſecundo habeat gradu,duos auos, duas auias,duos fratres,duas ſorores,duos nepotes, duas neptes. Quæ omnia nõ paruum Iureconſulti notant defectum: niſi reſponderimus,plurimum referre, an de meis cognatis, an de meis, & cognatorum meorum gradibus loquar. Illic inter cognatos meos non ſum numerandus, quoniam mihi ipſi cognatus meus eſſe non poſſum: [i] Hîc uerò ſemper me numerum augere oportet: quippe quòd gradus ſine me, cùm à me dinumerationem incipere neceſſe ſit, [k] fieri nequeat. Itaque cùm loquor de meis cognatis,etſi plures uideantur eſſe perſonæ,quàm Iureconſultus oſtenderit, uere tamen plures non reperientur,ſi mei & cognatorum meorum gradus, de quibus Iureconſultus loquitur,ſimpliciter dinumerantur. Exemplo res dilucidior erit: cùm de meis cognatis loquor,uerè poſſum dicere,me patrem,matrem,filium, & filiam habere,egoq; cum illis quinq; perſonas facio: uerùm ſi ad gradus percurramus, quamuis illi quatuor in primo gradu mihi concurrere dicantur, non tamen ſequitur, quòd in uno primo gradu quinq; reperiantur perſonę: quia cùm de graduum concurſibus loquimur,quot ſunt concurſus,tot ſunt geminati gradus: nimirum duo primi, duo ſecundi,duo tertij,& deinceps: quoniam toties ego numeror,quoties ad me fit relatio: & quælibet relatio unum gradum facit,eas perſonas continens,quas in eo gradu eſſe Iureconſultus aſſeruit. Verbi gratia: Si patrem,matrem,filium,& filiam habuero,hîc ſunt duo primi gradus, & in ſingulis quatuor perſonæ: nam pater, & mater, & ego tanquam

a hic.

b ut hic.

c l.fi.§. tertio gradu. uer.patruus.in fi.

d theoph.inſti.de ſuc ceſ.liber.uerſi. cum hi.

e arg.l. Vrannius.cũ ſ.ſeq.ff.de fideiuſ.

f §. primo gradu.cũ ij.ſeq.ff.eod.lege.

g §. primo gradu.l. fina.in fi.

h §.ſecundo gradu.l. fi.in fi.

i arg.d.l.Vrannius.

k l.fi.§. at quoties.ff. eodem.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tanquàm filius,& ſoror mea tanquàm filia,unum primum facimus gradũ. Rurſus filius meus,& filia,& ego tanq̃; pater,& uxor mea tanq̃; mater, alium primũ ſtatuimus gradum: hanćq; graduũ geminationem in reliquis gradibus,quãdo de illorum cõcurſibus agitur, diligens lector obſeruare facilè poteſt. Et hoc cõcurſu reſpecto, ſella illa uacua in communi arbore poſita (quam Petrutiũ uocant) defendi poteſt,& nõ aliter: quã ut fuſius declaremus placet hîc arborem illã cõmunẽ ſubiungere. Iſta enim, quæ nunc diximus, ſecundũ ea quæ ad Petrutiũ illũ infra declarabimus intelligẽda ſunt.

ARBOR COMMVNIS.

AD huius communis arboris declarationem (hoc præfato, quòd numeri ſupernè poſiti,canonicam ſupputationẽ,infernè uerò ciuilem ſignificant:[a] ſed ineptè,ut ſupra in arbore canonica demonſtrauimus) Tres quæſtiones explicandę ſunt: de cognationum coniunctione,ſella uacua,& graduum regulis. Prima quæſtio peruulgato illo diſtícho hactenus explicata fuit:

Non tangunt dextros qui ſunt in parte ſiniſtra:
Læua dat uxores, dat tibi dextra mares.[b]

HORVM uerſuum ſenſum aut ipſe non intelligo,aut ineptiſsimum illum eſſe arbitror. Nam ultimus uerſiculus,Lęua dat &c. falſus eſt: habet enim ſenſum,quòd qui ſunt in parte dextra,ſunt mares,id eſt agnati; qui in parte ſiniſtra, ſunt uxores, id eſt cognati: nempe quòd agnati à patre,cognati à matre procedãt.[c] Sed quid? non ne ſoror quãuis in parte ſiniſtra ſit,agnata dicitur?[d] Rurſum, nunquid filij amitæ, quãuis in parte dextra collocẽtur,cognati erunt?[e] ſicut & amitę magnę,& proamitæ filij atq; nepotes,in ſellis dextris repoſiti? Alius uerò primus uerſiculus, à quibuſdam ita legitur, Non gignunt dextros: ab alijs,Non tangunt dextros: ſed utrouis modo legas, in tranſuerſis uerus non eſt. Illorum enim aliqui,licet in parte dextra, ut frater, & illius liberi: aliqui in ſiniſtra,ut ſoror,eiuſq; liberi ſtatuantur: tamen ab eodem proueniunt patre.[f] Scio hunc communem errorem à pleriſq; (ut Berengarius fecit) ex arboris geminatione excuſari,ut in hac ſubſcripta uidere licet tabula.

a glo.d.uerb. deinde, uerſi.formatur.

b circunſcribũtur in ſuperio. margine, arb.conſang.

c i.ſunt autẽ.§. de legit.tuto.

d theo.Inſtit.de nup. §.cognatio.

e theoph.Inſtit.de legit. agna. tutel. in princ.

f §.ſecũdo gradu. uerſicu.frater quoque. uerſi. hic ſoror.d.ſi. in fine.



EN uides (inquiunt) quando agitur de fratre in parte dextra posito, non est frater fororis in siniſtro latere ſtatutæ, ſed eius, qui in ſella dextra uacua eſt, frater dicitur: ſicut ſoror, eius ſoror, qui in altera ſella eſt, dicitur. Sed iſti ſuis uerbis ſeipſos gladio iugulant: uolunt enim quòd ſi duæ ſint arbores ſeparatæ, non ſe tangãt, idq; apertum eſt cùm non ſunt cognati. Quid igitur ſi una tantùm arbor ſit, an ſe tangent? reſpondebunt, opinor, tangere: quod planè falſum eſt in patruis, auunculis, amitis, materteris qui dextri ſunt ſiniſtros non tangunt: patruus enim auunculo nulla proximitate cõiungitur.[a] Itaq; cognationũ coniunctionẽ his quinq; uerſibus oſtẽdere poterimus:

a ca. quod ſuper his. extra de conſang.

Dat cum matre pater cognatos inferiores:
Ille dat & ſuperos omnes, dat & illa ſiniſtros.
Aſcendens nullos recto coniungere poſſet:[b]
Inferior, recto ac tranſuerſo ſanguine iungit.[c]
Nunquam dextra ligat ſuperos tranſuerſa ſiniſtros.[d]

b l. affinitate. C. communia de ſucceſ.

c §. quarto gradu. uerſi. eodem. l. fin. ff.

d d. ca. quod ſuper.

QVI ſunt inferioris ordinis, à patre & matre ueniunt: qui uerò ſunt ſuperiores, omnes qui ſunt in parte dextra, ſiue recti, ut auus proauus, ſiue tranſuerſi, ut patruus amita, ratione patris coniuncti ſunt. Sed qui ſunt à parte ſiniſtra, omnes, ſiue recti, ſiue tranſuerſi, ratione matris nobis cõiunguntur. & iſta duobus primis carminibus ſignificantur. In tertio uerò, notamus ſuperiores nõ ſolùm dextros ſiniſtris minime coniungi, ſed nec eos qui ex dextro ſunt latere inter ſe proximos eſſe: quippe quòd omnes ſint matrimonio copulati: patet in ſedecim tritauis qui in dextra parte collocantur, tamen proximi non ſunt. In quarto carmine oſtẽdimus, inferiores cognatos non ſolùm recto ſanguine iungi, ut ſunt filij, nepotes, pronepotes, reſpecto patre: uerùm etiam & tranſuerſo, ut ſunt ijdem filij, qui inter ſe fratres ſunt, & filij duorum fratrum inter ſe cõſobrini. In ultimo uerſiculo apparet, inter dextros tranſuerſos, & ſiniſtros tranſuerſos, nullam cognationem eſſe: patruus enim & auunculus, propatruus & proauunculus, conſanguinei non ſunt.

SECVNDA quæſtio eſt de ſella uacua, quam alij Truncum, alij Petrutium, alij Protheum, alij Ioachim appellant.[e] Hæc ſella Iureconſultis (ut opinor) incognita, pluribus argumẽtis doctoribus noſtris perquàm neceſſaria uiſa eſt. Primò, quod omnes aliæ ſellæ ad hanc uacuam (quam cum reliquis Petrutium nominare placet) referuntur.[f] Sic enim dicimus, pater petrutij, filius petrutij, frater Petrutij, ſoror petrutij, patruus petrutij, & ita in reliquis. Vnde cùm hæc ſella (inquiunt) tam uarios perſonarum ſuſcipiat habitus, ut ceteræ aliquo nomine proprio adimpleri non potuit. Sed hoc primum argumentum aliò uergere non uidetur, quàm ut oſtenderet ſellam hãc, nomen proprium habere non potuiſſe: non autem aperit, cur huiuſmodi uacua ſella à doctoribus conficta fuerit: Vnde Berengarius[g] latius explicans ait, ſine hac ſella arborem conſiſtere minime potuiſſe, quia illa remota, ſella quæ nomen habet (puta filius) reſpecto patre ſuo filius eſſet, reſpecto filio ſuo, pater diceretur, reſpecto nepote auus, quam numerandi inconſtantem rationem nuſquàm conſulti ſequuntur. Sed hęc explanatio parum me mouet: nam etſi Petrutium addas, attamen in alijs ſellis habito reſpectu ad diuerſas perſonas, huiuſmodi incõſtantia haud quaquam uitari poteſt: nec tamen ob huiuſcemodi rationem inconſtantem, ſellæ illæ propria nomina habere deſinunt. Patet in ſella pronepotis, uel alia qualibet: ad petrutiũ enim pronepos eſt, ad filiũ nepos, ad abnepotẽ pater, ad atnepotẽ auus. Huc accedat, quòd huiuſmodi petrutius, etiã eodem tẽpore, diuerſis tamen perſonis reſpectis, diuerſa nomina habere poteſt: ſi enim patrẽ & filiũ habeat, nũc pater, nũc filius dicitur. Quòd ſi hęc incõſtãtia in uacua ſella admittatur, qd prętexere poſſunt ei' neceſſitatẽ: Sed & addũt aliã rationẽ, cur introducta fuerit, & potiſsimũ idẽ Berẽgarius, qui ait, ideo ſellã uacuã relictã fuiſſe, q; cũ alijs nõ ſemper dinumerãda ſit, quãdo uidelicet à Superiore cognatiõe ad Inferiorẽ fieret trãſitus: ueluti de auo in nepotẽ. tũc enim ſi cõputaretur ſella illa uacua, quinq; ſellę, auus, pater, petrutius, filius, nepos, eſſent: & p cõſequẽs quatuor gradus, qd perabſurdũ eſt, ut nepotẽ ab auo quatuor gradibus differre aſſeramus[h]. Annumerãda igitur (inquit) eſt ſella uacua, eo tãtũ caſu, quo de ſola una cognatiõe ſuperiore,

e glo. d. uerb. deinde. uerſicu. formatur autem.

f d. glo. ibi ſupra.

g Bereng. in tracta. conſang.

h §. ſecundo gradu. infra in argu.

uel

uel inferiore,aut tranſuerſa,non quãdo de pluribus controuerſatur. Contrà Ioãnes Andreas, utranq; cognationẽ iungendo,petrutiũ non omiſit.[a] Audiui & nonnullos exiſtimantes,tunc petrutiũ dinumerandum eſſe,non quãdo de illo,ſed de alijs agitur. Cur tam uariẽ? Nimirum,quòd graduum & dinumerationem, & concurſum nõ ſat perſpexiſſe uidentur.Itaque ſi de graduum concurſibus loquamur (quos ſupra declarauimus) certum eſt,non ſolùm ſemel,ſed & toties ſupputandũ eſſe huiuſcemodi ſellam,quoties ad illam fit relatio: ſi enim fingas talem petrutium patrem & matrem filium ac filiam habere,ſic dicimus: pater & mater petrutij: quibus ſi addas petrutij ſororem,primum gradum perfectum habes. Rurſus dicimus,filius & filia petrutij: quibus ſi petrutij uxorem (quæ mater eſt) adiunxeris,alium gradũ,& eum item primum habes.Et hæc uera ſunt,quãdo ſcire uolumus,quoto gradu petrutius eſt ad patrem ſuum,uel filium ſuum: tunc enim non de petrutij cognatione,ſed de petrutij patris,ſeu filij cognatione agitur: quo caſu non ſolùm ad patrem matremq; petrutius, ſed & ſoror petrutij dinumeranda eſt. Vel ad filium,& filiam,non tantum petrutius pater,ſed & uxor petrutij,quæ mater eſt,computatur.Si uerò queramus, quoto gradu ſit petrutij pater filiusq; ad ipſum petrutiũ,tunc de ſolius petrutij cognatione agitur: & manifeſtum eſt,hoc modo,neq; petrutij ſororem, neq; uxorem in primo gradu,quia in eo ipſi petrutio minime eſſe certum eſt,conſiderari poſſe, ſed petrutij patrem,matrẽ,filiũ,& filiã: illos etenim quatuor dũtaxat in primo gradu,petrutius ſibi ipſi habere poteſt.Verùm hoc caſu ipſe petrutius cũ de illius tãtùm cognatione quæratur,nec in gradu,nec in cognatione, (quia ſibi ipſi cognatus eſſe nõ poſſet)[b] nullo modo ſupputãdus eſt: & ob id potiſsimũ,quòd hîc ,ppriè nullus eſt gradus: gradus nimirũ eſt de proximo in proximũ trãſitus:[c] hîc autẽ eſt de duobus remotis ad unũ proximũ trãſitus: quẽ idcirco nõ gradũ,ſed duorũ ſemigraduũ cõcurſum (uim tamẽ atq; effectũ unius gradus habens) appellare poſſumus.[d] Et hæc fuſe lateq; explicare nos oportuit,propter ſellæ illius uacuæ difficultates,quæ hactenus obſtiterũt,quominus gradus,ut à Iureconſultis nobis tradita erãt,dignoſcerẽtur: Doctores enim habito reſpectu ad aliquẽ,de cuius cognatione quæreret, (quẽ petrutiũ finxerũt) gradus ſupputare uoluerũt: Iurecõſulti,nullo reſpecto præter nominũ cognationis ſignificationẽ cõputãt. Vtriq; rectè, ſed iſti clarius.Quid enim apertius,quàm cùm dicimus, patrem,matrem, filiũ, & filiã in primo gradu eſſe? is nanq; de cuius cognatione quæritur, ſi aliquos in primo gradu habeat,neceſſe eſt,ut patris uel matris, filij aut filiæ nomen retineat:[e] quod & in cæteris gradibus idem eſſe, nemo eſt qui nõ uideat. Illi uerò dum ſellam uacuã addunt,omnia cognationũ nomina inter ſe confundunt,quãuis uim ſuam petrutio reſpecto habeant: ſic ſella patris, ſella filij, Petrutio reſpecto nomen ſuũ retinent: inter ſe alter auus, alter nepos dicitur: tametſi non ignorem & hoc in Iureconſultorũ ſupputatione inueniri,ſed tamẽ poſt primã computationẽ tantum.Præterea dũ petrutium addunt aliquãdo dinumerari nõ debet: ueluti ſi quæramus,quot perſonas in primo gradu ſibi cõiunctas habeat: ut ſupra dixi. Interdũ ſemel ſolùm cõputatur,quoties diſputatio eſt,quoto gradu cognati petrutij inter ſe differant.Nõnunquam pluries ſupputare eũ debemus: ut dũ quærimus,quot perſonas ſibi in primo gradu cõiunctas habeãt pater petrutij, & filius petrutij,ſuperius declarauí. Vides obſcurã, & Proteo penè dixerim mutabiliorẽ ſupputationem? nec ab ipſis petrutij autoribus adhuc cognitã? Harum difficultatũ apud iurecõſultos nulla mentio: dũ inferiorem cognationẽ cõputant,à filio:[f] dum ſuperiorẽ,uel tranſuerſam, (quia à ſuperiore naſcitur)[g] à patre incipiunt.[h] Et ita cum de cuius cognatione quæritur,(ab eo enim incipiendũ eſt)[i] non petrutiũ,ſed patrem,uel filiũ faciunt: isq; Truncus dici debet: quemadmodũ & iure canonico truncus eſt,nõ petrutius,ſed frater & ſoror.[k] Poſtremò ubi additur ille petrutius, Inferiorem cognationem ab ipſo petrutio manare faciunt,ſuperiorẽ uerò,& tranſuerſam,à patre: cũ tamẽ Iureconſulti unius eiuſdem cognationis tres cõſtituant ſpecies,Superiorẽ, inferiorẽ,& Tranſuerſam.[l] Et ſi cõtenderis,petrutium ex inferiore linea eſſe:fateor reſpecto patre: ſed ſi poſt petrutiũ inferiorẽ cognationẽ dinumeraueris, cũ rurſum incipis à petrutij filio, iam nõ eſt patris inferior cognatio,ſed ipſius petrutij,ſi cognationis nominũ ſignificationem retinere uolueris. Ex ſupraſcriptis igitur manifeſtum apparet, Iureconſultos

a gloſ.d.uerb.deinde, ff.ad inueniendum.
b Vulg.Iuranius, ff. de iudicijſ.
c §.gradus.l.ñ.ff.eod.
d arg.§.noſtri.
e l.ñ.ff.§.quarto gradu.in ñ.§.ſequẽ.in princ.
f l.ñ.§ quarto gradu. in ñ.§.huius ff.eod.
g Theoph. intitr. de fucceſſ. libert.
h §.quarto gradu. in princ.§.pater.l.ñ.ff.
i d.l ñ.§.at quoties.
k c.ferias. 35. q. 5.
l ut.ñ.eo. in princ.

ſultos,ſi arborem aliquã,ſeu cognationis ſeriem nobis reliquiſſent, nullã illos ſellam uacuam ſtatutos fuiſſe : quod & ex Theophilo (quẽ ueriſimile eſt Iuſtiniani arborẽ, qua caremus,ſequutũ eſſe) uidere licet : cuius(aut alterius,cuiuſcunq; ſit) cognationum ſeriẽ,ne quid in libro noſtro deſideraretur,utq; omnibus obuia ſit graduum cognitio facilior,operæpretium ſubiungere duximus poſt tertiam quæſtionem, quam hîc prius declarare oportet,quæ in trium regularum explicatione conſiſtit.

PRIMA REGVLA.

Tot ſunt gradus,quot perſonæ,una dempta.[a]

a glo.d.uerb.deinde. ỹ.ad inueniendum.

HAEC regula ad ſuperioris inferiorisq; cognationis gradus cognoſcendos tradita eſt à Doctoribus,qui illius plura exempla ,pponũt,hoc pacto:Pater & filius ſunt in primo gradu,quia duæ ſunt perſonæ : nepos in tertio,quia tres : nec refert an una mortua ſit : [b] mortuus nanq; licet nõ ſemper,[c] hîc tamẽ numerũ auget. Hæc prima regula,nõ ſolùm ſi Petrutium addas, ex his quæ ſupra diximus, falſa eſt : uerumetiã & ſine Petrutio uera minime eſſe poteſt.In primo nẽpe gradu ſunt quatuor perſonę, quãuis unã demas: nõ tñ tres gradus erunt:multomagis in ſecũdo,tertio,& deinceps in cæteris gradibus (in quibus perſonarũ numerus ſemper augetur.)[d] Huius regulæ error deprehendi poteſt. Sed erunt fortaſſe , qui pertinaci animo regulã defendere uellent,in arbore diuiſa,uerã eſſe : quibus ego reſpõdebo,fieri non poſſe, quominus in arbore ſiue una,ſiue pluribus,ſiue de agnatis,ſiue de cognatis tãtùm loquamur,in primo gradu quatuor perſonæ reperiantur. Et ſi dixeris,prædictã regulã de ſellis, in quibus perſonæ repoſitæ ſunt,intelligendã eſſe,regula ſaltem ſic cõcipi debuerat: Tot ſunt gradus,quot ſellæ,una dempta. Sed & uereor ne hoc etiam modo regula uera eſſe nõ poſsit: nã cùm patri unã ſellam,filio alterã cõſtituant , & Petrutio alterã, quamuis unam demas, ad ipſum Petrutiũ pater & filius duo nõ ſunt gradus,ſed ſemi graduum duorũ concurſus,ut ſupra probauimus. Adde,fieri non poſſe , ut in una ſella omnes ataui uel tritaui,qui triginta duo ſint, collocentur . Vnde ſi regulam defendere uolueris,neceſſariò addere debes: quot ſunt ſellæ remotiores &c.

b l.j.C.de ſucc.edict.
c l.ij.§.j.ff.de exc.tu.
d l.ſi.§.ſexto gradu. ỹ. per ſingulos .ſ. & l.iij.in fi.

SECVNDA REGVLA.

Quoto gradu diſtant à communi ſtipite,eo gradu duplicato diſtant inter ſe.[e]

e gl. d.uerb. deinde. ỹ. ſecundum leges uero.

HAEC ſecunda regula in tranſuerſa linea æquali (hoc eſt,qua trãſuerſi æqualiter à cõmuni diſtãt ſtipite) cõſtituta eſt. Et his exemplis patet,fratres qui à cõmuni diſtant ſtipite uno gradu,duobus inter ſe differũt : & filij duorũ fratrum quatuor,quia à ſtipite in duobus : nepotes fratrũ ſex,quoniam à cõmuni ſtipite tribus : pronepotes fratrũ octo,nimirũ à cõmuni ſtipite quatuor:abnepotes fratrũ decem, quòd à ſtipite quinq; diſcrepẽt gradibus. Hæc itaq; regula nõ ſolùm in tranſuerſa linea fratrum ueriſima eſt,uerùm & in tranſuerſa patruorũ : nã patruus & amita,auunculus & matertera æqualiter à ſtipite differunt, nimirũ primo gradu : unde inter ſe ſunt in ſecundo,quoniam fratres.Ex ea tamẽ quiſpiam falli adhuc poſſet : ſiquidẽ patrui magni,& amitæ magnæ ex auo paterno procedentes, his qui auiæ meæ paternæ fratres ſunt & ſorores nulla ,pximitate cõiunguntur,& tamen æqualiter, non ſolùm à ſtipite primo gradu,uerum etiã à filio,cuius reſpectu ſunt in quarto,differre uidentur.& hic obex in propatruis,proamitis, abpatruis, abamitis obſtare poteſt. Sed in his omnibus ratio redditur, quòd huiuſmodi perſonæ communem ſtipitem minime habeant: ut optimus lector obſeruare facilè poteſt.

TERTIA REGVLA.

Tot ſunt gradus,quot perſonæ,una dempta.[f]

f glo.d.ỹ. ad inueniẽdum.

HAEC regula ſimilis primæ,in cognatione tranſuerſa inæquali (id eſt,qua duo collaterales inæqualiter à communi ſeparantur ſtipite) facta eſt. Veluti in filio fratris , qui, quoniam ſunt quatuor perſonæ , Pater, duo filij (qui ſunt fratres) & frat

& fratris filius,eſt in tertio gradu: ſimiliter nepos fratris in quarto,quia quinq; reperiuntur perſonæ. Hæc item regula perpetua non eſt: nam patruus eſt in tranſuerſa inæquali,& tribus gradibus remotus,licet tres tantùm ſint perſonæ, pater auus, patruus.Et ſi dicas,filium debere numerari,pugnas cum Iureconſulto,[a] qui dum tranſuerſam oſtendit cognationem,à patre,non à filio incipit. Idem in cæteris tranſuerſis ſuperioribus uidendum eſt,in quibus omnibus manifeſtus regulæ demonſtratur error.Adde item hanc regulam ſimilibus rationibus reprehendi poſſe, quibus primam carpſimus. Et ex his,apertiſsimi iuris eſt ſupraſcriptas tres regulas, hactenus probatas, non ſolùm imperfectè graduum cognitionem docere,uerùm etiam falſas eſſe, ac illuſorias. Ego itaque in omnibus cognationibus Iuſtinianum & Theophilum ſequutus,unam ſufficere ueram regulam exiſtimaui.

a §. quinto gradu, in princ. ff. pater. & fin. ff.

VERA REGVLA.

Quot ſunt generationes remotæ,tot ſunt gradus.[b]

b §. hactenus. ff. quippe. Inſtit. e. Theop. Inſti. de leg. ag. ſuc. in princ.

HANC regulam Iuſtinianus,& ipſius interpres Theophilus nobis tradiderunt: uerbum unum (remotè) iuxta utriuſq; ſententiam addidi: cum enim per ſingulos gradus fiat geminatio,adeo ut in ſexto gradu plures reperiantur generationes,niſi de remotioribus generationibus regula intelligeretur, captatoria eſſet. Omnes igitur filij & filiæ unam generationem,omnes nepotes & neptes aliam, omnes proaui & proauiæ, aliam tantum ſtatuunt. Probabilior erit regula, ſi ex omnibus cognationibus exempla propoſuerimus.Pater,mater,filius,& filia, unam generationem faciunt, & primam: eſt igitur primus gradus. Aui & auiæ ſecundam,& ſic ſecundum gradum: proaui & proauiæ tertiam,inde tertium gradum conſtituunt.Sic in inferiore cognatione pater & filius primam generationem,nepotes & neptes ſecundam, pronepotes proneptes tertiam oſtendunt.Idem in tranſuerſa eſt reſpondendum: modò ſciueris, omnem illam à ſuperiore naſci,[c] & prius ſurſum uerſus aſcendi oportere, donec ad eum peruenerimus,qui cognationis huius tranſuerſæ cauſa eſt & origo: [d] quo inuento,deſcendendum eſt ad perſonam ex tranſuerſo de qua quæritur.[e] Verbi gratia: Frater eſt in ſecũdo gradu,quia ad patrem aſcendendũ eſt,ut fiat prima generatio: qui pater cùm fratrem genauit,ab illo ad fratrem eſt deſcendendum,ſicq; duæ generationes,duoq; gradus fiunt.Similiter in patruo,qui tertio gradu remotus eſt, de filio ad patrem aſcendendum eſt,& fit prima generatio: de patre ad auum, & fit ſecunda: de auo,quia autor eſt patrui,ad ipſum patruum eſt deſcendendum, inde fit tertia generatio,& per conſequens tertius gradus. Quę omnia in reliquis gradibus faciliora apparebunt,ex cognationis ſerie à Theophilo tradita,quæ ſubſequitur.

c Theoph. Inſtit. de ſucc. libert.

d l. ii. §. at quoties. ff. id faciendum. ff.

e Theoph. Inſtit. de leg. ag. ſuc. in prin.

THEOPHILI ARBOR.

IN hac tabula Theophilus quod ſuprà hoc carmine luſeramus, Ille dat & ſuperos omnes,dat & illa ſiniſtros: minimè obſeruauit,quòd nec neceſſariũ eſſet. Animaduertendum eſt præterea,aliam ſupputationem eſſe,quæ ex Theophili regula,ſuperius declarata,colligi poteſt,nec tamẽ ex ipſius tabula indicatur: dicimus enim primam generationem ex filio & patre eſſe: ſecũdam, ex patre meo in fratrem meum: tertiam,ad filium fratris,uel ad patruum,ita aſcendendo,ut iam dixi: quartam ad patruum magnum,aut ad filios patrui,uel ad nepotes fratris,uel ad conſobrinos: quintam uel ad propatruum,uel ad fratris pronepotes: ſextam ad abpatruum, ad fratris abnepotes,ad propioris ſobrini filios,ad duorum fratrum nepotes: ſeptimam,ad adpatruum: octauam ad abnepotes unius fratris,uel duorum fratrum pronepotes: nonam ad patrem adpatrui: decimam ad duorum fratrum abnepotes uel abneptes. Quæ omnia ut facilius intelligi poſſent,præter arborẽ diffuſam,quam ad legem ultimam ceu cõmentarius conſcripſimus,hoc loco aliam cõtractam deſcripſimus arborem

rem: ex qua & propria cognatorum nomina, & perſonarum omnium numeros, nec non cognationum gradus, cognoſcere licet. Prætereà & difficiliores graduũ concurſus notauimus, ex quibus reliqui qui faciles ſunt nullo labore deprehenduntur. Sed ne ex uarijs notis, lectoris perturbetur intellectus, conſiderandum eſt, me tres numeros feciſſe, duos in ſingulis ſellis, & unum inter duas ſellas. Numerus, qui in ſella ſuperior eſt, numerum perſonarum, quæ in eo gradu ſunt, notat: Inferior uerò, quoto gradu diſtet quiſq; ab eo de cuius cognatione quæritur, ſignificat. At, qui inter duas ſellas ponitur, quoto gradu inter ſe illi qui in his ſellis ſtatuuntur, differunt. In ſuperiorum uerò cognatorum ſellis, inter quos nullum conſtitui numerum, demonſtrare uolo, tales inter ſe nulla conſanguinitate iungi, ſicut nec inter liberos amitæ, & auunculi filios. Poſtremò ſub ſella patrui, amitæ, auunculi, & materteræ; hos numeros 3.4.5. ſubiunxi, qui demonſtrãt, quoto gradu patruus, uel amita, à patruo magno, ſeu amita magna, ſint remoti: nimirum tribus, & à filijs magni patrui quatuor, & ab eius nepotibus, quinq;. A propatruo uerò patruus quatuor diſtat gradibus, & ab ipſius filijs quinq;. Ab abpatruo quinq; quoque gradibus patruus diſtat. Eſt enim abpatruus filius atauí, qui à patruo meo quatuor gradibus differt. Similiter numeri illi. 3. 4. qui ſellæ patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnæ ſubijciũtur, ſignificant iſtos à propatruo tribus gradibus, ab eius filio quatuor differre: & numerus. 3. poſt ſellam propatrui, eum ab abpatruo diſtare tribus gradibus notat, quoniam abpatruus meus, filius eſt mei atauí, qui patrui mei magni auus eſt.

SED admonendi ſumus, ſi quando de hæreditate[d], uel bonorum poſſeſſione[b] quæramus: non ſemper eos, qui eiuſdem gradus ſunt, concurrere[c],

a HIC hæreditas intelligenda eſt illa, quæ legibus defertur: [a] defert autem lex non omnibus, ſed proximo duntaxat: [b] item non ſemper, ſed quando ex teſtamento adíri nõ poteſt hæreditas, [c] uidelicet ab inteſtato: cuius ſucceſſionis ab inteſtato, tres referuntur ſpecies, Deſcendentium, Aſcendentium, & Tranſuerſorum: [d] uti & tres graduum reperiuntur ordines, Inferiorum cognatorum, Superiorum, & eorum qui ex tranſuerſo ueniunt. [e] Eſt igitur ſuccedere ab inteſtato, legitimo iure, [f] id eſt legis poteſtate ſuccedere. [g] Sed & iudicio quoq; defuncti tacito ſemper, [h] nonnunquam etiam & expreſſo, [i] ſuccedere dicuntur, qui ab inteſtato ueniunt. Vnde hæredis appellatione à teſtatore facta, comprehenduntur, [k] poſſuntq; perinde atque hæredes ſcripti grauari, [l] priuarìq; defuncti ſucceſsione, ſi intra annum illius uoluntatem exequi neglexerint: [m] nam etiam ea legata, in quibus ſcripti hæredes grauati erant, rupto teſtamento præſtare compelluntur. [n] Quoniam uidimus quid ſit ſuccedere ab inteſtato, hoc parum proderit, ſi ignoremus, quid ſit ab inteſtato decedere. Decedit itaq; inteſtatus, qui teſtamentum nullum fecit. [o] Sed & qui aliquem articulum in ſuo teſtamento præteriuit, illo reſpecto inteſtatus decedere dicitur. [p] Et hæc certiſsima ſunt in eo, qui cùm iure teſtari poterat, teſtamentum tamen non fecit. [q] Vulgaria enim illa ſunt, eum dici poſſe, qui & non poſſe poteſt: [r] & uice uerſa, eum non poſſe dici, qui ſi uoluiſſet, poterat. [s] Sed dubium eſt an is qui teſtamentum iure facere non poterat, ueluti pupillus, furioſus, inteſtatus decedere dicatur. Baldus, Angelus, Alexander putant, illos propriè inteſtabiles eſſe. [t] quod prorſus falſum eſſe arbitror: quoniam inteſtabilis is eſt, qui ne in contractu quidẽ, uel alteri teſtis eſſe, uel ſibi teſtem adhibere poteſt: [u] & per conſequens, nec ſibi acquirere, nec in iudicio agere, nec alios actus, qui probationem requirunt, exercere poſſet. [x] Vnde cùm leges de inteſtabili loquuntur, de damnato ob carmen famoſum, uel ob aliud ſimile delictum, [y] cuius obſtaculo acquirere non poſſumus, exemplum proponunt. Nihil igitur commune habet uerbum INTESTABILIS cum INTESTATO: licet Alciatus aliorum errorem ſequutus, diuerſum crediderit. [z] Sed, ut ad quæſtionem reuertamur, lex ait, eos propriè non eſſe inteſtatos, qui ſi uoluiſſent, teſtari non poterant, [a] cùm nullus teſtandi præceſſerit habitus. [b] Vnde plerìq; exiſtimauerũt, [c] lege municipali cauẽte, ut filio inteſta

a l.fi.in princ.ff.
b l.ij.§.legitima.ff.de ſuis.
c l.quandiu.ij.ſ. de acq.hæred.
d auten.de hæred.ab inteſta.in princ. ỹ. quia igitur.
e Vt ſupra in princ.
f l.iij.§.de illo.ff. p ſocio.
g l.lege obuenire.de uerb.ſig.
h l. cõficiũtur.in prĩ. ſ de iure codicill.
i l.ſi ita quis hęres inſtituatur ſi legitimus.ſ. de hær.inſt.
k Bart l. ex duobus. §.filiũ.§. de uulg.
l l.j.§.fi.ſ. de leg.iij.
m Auten.hoc amplius.C.de fideicõ.
n l.eam quam.C. de fideicomm.
o Inſtit.de hær. quæ ab inteſt. in princ.
p l.inteſtato.ſ. de legit.tut.
q l.j.in princip.ff. de ſuis & leg.
r is poteſt.ſ. de acq. hæred.
s l.iij.de regul.iur.l. iiij.ſ. de acq.hær.
t Ang.& Bal.Inſti.de hæred.quæ ab inteſta.in princ.Alex.l. generaliter.C. de inſtit. & ſubſtit.
u l cũ lege.ſ. de teſt.
x gl.fi.l is cui.§.fi.ſ. de teſtam.
y l.ob carmen. ff. de teſt.l.lex Cornelia. §.fi.ff.de inſti.&
z Alciatus.l. inteſtatus.in fi. de uerbo. ſig.ff.
a l.j.in princ. ỹ. plane.ff de ſuis & leg.
b arg.l. decem. cum ſimil.ff. de uer.obl.
c refert Alex.l ſiquis ter.C.de Inſtit.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Arbor consanguinitatis secundum ius canonicum.

ASCENDENS.

Tritauus	5	Neptis	6	Proneptis	7	Abneptis	8	Atneptis	9	Trineptis
Attauus	4	Neptis	5	Proneptis	6	Abneptis	7	Atneptis	8	Trineptis
Abauus	3	Neptis	4	Proneptis	5	Abneptis	6	Atneptis	7	Trineptis
Proauus	2	Neptis	3	Proneptis	4	Abneptis	5	Atneptis	6	Trineptis
Auus	1	Neptis	2	Proneptis	3	Abneptis	4	Atneptis	5	Trineptis

Pater & Filia, Mater & filius gradum non faciunt propter carnis unitatem.

DESCENDENS.

Nepos	1	Auia	2	Proauia	3	Abauia	4	Attauia	5	Tritauia
Pronepos	2	Auia	3	Proauia	4	Abauia	5	Attauia	6	Tritauia
Abnepos	3	Auia	4	Proauia	5	Abauia	6	Attauia	7	Tritauia
Atnepos	4	Auia	5	Proauia	6	Abauia	7	Attauia	8	Tritauia
Trinepos	5	Auia	6	Proauia	7	Abauia	8	Attauia	9	Tritauia

TRANSVERSA.





ARBOR CONSANguinitatis in qua cognationum omnia nomina, numerus personarum, gradus, & graduum concursus significantur.

pagina 16. post lineam 20

Communis arbor

Consanguinitatis.

pagina ii.

VI. Tritauus, Tritauia. VI.

VI. atpatruus atamita. VII. | V. atauus atauia. V. | VI. atauunculus atmatertera. VII.

VI. horum filius filia. VIII. | V. abpatruus abamita. VI. | IIII. abauus abauia. IIII. | V. abauunculus abmatertera VI. | VI. horum filius filia. VIII.

VI. horum nepos neptis. IX. | V. horum filius filia. VII. | IIII. propatruus proamita. V. | III. proauus proauia. III. | IIII. proauūculus ꝓmatertera. V. | V. horum filius filia. VII. | VI. horum nepos neptis. IX.

VI. horū pronepos ꝓneptis X. | V. horū nepos neptis. VIII. | IIII. horum filius filia. VI. | III. patruus magnꝰ auita magna. IIII. | II. auus auia. II. | III. auūculus mag. matertera magna. IIII. | IIII. horum filius filia. VI. | V. horū nepos neptis. VIII. | VI. horū pronepos, pneptis X.

V. horū prone pos, pneptis IX. | IIII. horum nepos neptis. VII. | III. propior fobrinus, ppierfobrina. V. | II. Patruus amita. III. | I. pater mater. I. | II. auunculus matertera. III. | III. ppior fobrinꝰ propior fobrina. V. | IIII. horū nepos neptis. VII. | V. horū, pnepos pronepris. IX.

VI. horū abnepos abneptis. X. | IIII. horū prone pos, pneptis VIII. | III. horū filius filia. VI. | II. frater patruelis soror patruelis. IIII | I. frater. II. | I. soror. II. | II. consobrinus consobrina. IIII. | III. horum filius filia. VI. | IIII. horū pronepos, pneptis. VIII. | VI. horū abnepos abnepti. X.

V. horum abnepos abnepti. IX. | IIII. horū nepos neptis. VII. | III. horū filius filia. V. | II. fratris filius filia. III. | I. filius filia. I. | II. fororis filius filia. III. | III. horū filius filia. V. | IIII. horū nepos neptis. VII. | V. horū prone pos, pneptis IX.

VI. horum abne pos abnept. X. | V. horū pronepos, pneptis VIII. | IIII. horū nepos neptis. VI. | III. fratrisnepos neptis. IIII. | II. nepos neptis. II. | III. fororis nepos neptis. IIII. | IIII. horū nepos neptis. VI. | V. horū prone pos, pnept. VIII. | VI. horum atne pos atnept. X.

VI. horum abne pos abnept. VI. | V. horū prone pos, pnept. VII. | IIII. fratris, pnepos, pneptis V. | IIII. pronepos proneptis, III. | IIII. fororis, pne pos, pneptis V. | V. horū prone pos, pneptis VII. | VI. horum abne pos abnept. IX.

VII. horū atnepos atneptis. X. | VI. horū, pnepos pronepris. VIII. | V. fratris abnepos abneptis VI. | IIII. abnepos abneptis. IIII. | V. forerisabne pos abnept. VI. | VI. horum abne pos abnept. VIII. | VII. horum atnepos atneptis X.

VII. horum atnepos atneptis IX. | VI. fratris atnepos atneptis. VII. | V. atnepos atnepris. V. | VI. fororis atne pos atneptis VII. | VII. horum atnepos atneptis IX.

VIII. horum trine pos trinept. X. | VII. fratris trinepos trinept. VIII. | VI. trinepos tri neptis. VI. | VII. Sororis trinepos trinepris. VIII | VIII. horum trine pos trinept. X.

VIII. fratris quadrinep. quadrineptis. IX | VIII. fororis quadrine pos quadrineptis. IX

IX. fratris quinti nepos quintineptis. X. | IX. horū quinti nepos quintineptis. X.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

THEOPHILI,
aut autoris cuiuſdam
antiqui (referente
Viglio) ar-
bor.

pagina
15.



UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

inteſtato agnati ſuccedant non mater (quoniam in ſtatutis uerba in propria ſignificatione accipienda ſunt) [a] ſi filius impubes decedat (quo caſu non propriè inteſtatus eſt, cum teſtamentum facere non poterat[b]) matrem, non agnatos ſuccedere debere. Sed ego cõtrariam Bartoli,& multorum aliorum ſequor ſententiam, [c] cùm ex communi loquendi uſu (qui potius quàm propria uerbi ſignificatio,[d] maximè apud idiotas attenditur) [e] etiam Impubes, quamuis teſtari nequeat,inteſtatus deceſſiſſe dicatur. [f] Huc accedat ſtatuti ratio,quæ nulla alia eſſe potuit,quàm ut uel agnatis conſeruaretur hæreditas: [g] uel ut his,qui inteſtati ſine hæredibus decedunt,hæredem faceret.Quæ ratio perinde in his,qui iure teſtari non poſſunt, militat, atque in alijs. [h] Quocirca ex rationis ſimilitudine, lex ipſa municipalis extendenda eſt.[i] Alio item modo,inteſtatus quis dicitur,ille uidelicet,cuius teſtamentum imperfectum eſt, [k] ac iniuſtum.[l] Pari quippe ratione procedunt,teſtamentum nullum facere, aut imperfectum facere,[m] quibuſdam exceptis caſibus, quibus non obſeruata iuris ſolennitate, huiuſmodi non reijcitur teſtamentum.[n] Tertio modo inteſtatus decedit, qui teſtamentum iure quidem firmum fecit,ſed poſtea per capitis corruit diminutionẽ, [o] aut præteriti poſthumi natiuitatem,[p] uel ſecundi teſtamenti factionem,[q] uel additionis omiſſionem,[r] uel inofficioſi querelam, ſeu cõtratabulas bonorum poſſeſsionem, [s] aut non modicam hæredis ingratitudinem.ut ſi teſtatorem inopia laborantem non educauerit,uel ab hoſtibus captum non redemerit. [t] Verùm in hac tertia ſignificatione Bartolus arbitratus eſt uerbum INTESTATI impropriè dici, [u] & ob eam rem nec in lege municipali de inteſtato mentionem faciente,hoc tertio modo comprehendi,quoniam mortis tempore (quod conſiderari debet) [x] certum eſt teſtatorem teſtatum deceſsiſſe.Hæc attamen Bartoli ſententia legi repugnat dicenti, Inteſtatum eum propriè eſſe,cuius hæreditas adita non eſt. [y] magis enim effectum, & conſummationem(quæ non niſi poſt aditam hæreditatem eſſe poteſt) [z] reſpicere debemus, quàm ſimplicia uerba: [a] & maximè in teſtamẽto,in quo tria tempora, nedum mortis obſeruatur tempus.[b] Imò Theophilus iuris autor ait, cùm teſtamentum rumpitur, ut quis inteſtatus deceſsiſſe dicatur,id tempus,non aliud, attendi, quo teſtamentum deſtituitur.[c]

b VEL BONORVM POSSESSIONE. Duæ ſunt ex teſtamento bonorum poſſeſsiones: Secundum tabulas,qua ſcripti hæredes: & Contra tabulas, qua præteriti experiri ſolent.[d] & de his textus noſter intelligendus nõ eſt. Et maximè in bon.poſſeſ,ſecundũ tabulas,quę ei tantùm datur, qui in certa portione [e] cõſulto inſtitutus,[f] uel ſubſtitutus eſt,[g] ab eo qui & teſtamẽti,& mortis,aut ſaltẽ teſtamẽti tẽpore teſtamenti factionem habuit: [h] nihil tamen refert,an ille inſtitutus iure ciuili ſuccedere poſsit necne: [i] In contratab.uerò bonorum poſſeſsione, aliquando concurſus admittitur,aliquando reijcitur: nã qui inſtituti ſunt,ab hac bonorum poſſeſsione (niſi per præteriti beneficium,qui hac bonorum poſſeſsione teſtamentum euertit,[k] aut ſaltem euertere conatus eſt) [l] ſemper excluduntur: [m] quemadmodum & illi,qui ritè exhæredati ſunt,id eſt,ex cauſa,[n] & purè,[o] & à tota hæreditate,in inſtitutionis & ſubſtitutionis gradu,uel ſaltem in uno gradu integro,[p] prætereà & nominatim,[q] ſi maſculus ſit exhæredatus. Qui ita exhæredantur,nec præteritorũ beneficio,[r] ex eo gradu in quo exhæredati ſunt,contratabulas agere poſſent.[s] Soli igitur præteriti liberi, modò in poteſtate ſint,[t] aut aliquando fuerint,[u] contratabulas regulariter experiri poſſunt: & ſi poſthumi ſint,[x] uel capti,aut etiam deportati,ſeu in metallũ damnati:[y] ſed poſthumus,& captus[z], non deportatus,uel damnatus,[a] quandiu ſperari poſſunt, ſibi partes facere ſolent. Sunt & aliæ ab inteſtato bonorum poſſeſsiones quatuor: Vnde liberi,Vnde legitimi,Vnde cognati,Vnde uir & uxor: [b] & de his textus noſter loquitur: nam his qui ab inteſtato admittuntur iure prætorio per huiuſmodi bonorum poſſeſsiones perinde defertur ſucceſsio,ac iure ciuili deferri ſolet.[c] Plurimum tamen refert,quo iure petatur ſucceſsio: ſiquidem filius,niſi præcedente patris iuſſu,hæreditatem adire non poteſt: [d] bonorum poſſeſsionem uerò etiam patre ignorante agnoſcere poteſt.[e] Item per procuratorem,bonorũ poſſeſsio,[f] non hæreditas, [g]

a l.iij.§.hæc uerba, cõ ſi.ff.de neg.geſt.
b l.qua ætate.in prĩ ſ.de teſta.
c Bart.d.l.j.in fi.de ſuis & legit.
d l.liberorũ.§.quod tamen caſſius.ſ. de leg.iij.
e gloſ.l.quod ſi nepotes.ſ.de teſta.tutel.
f l.qui duos.l.lucius. ſ.de uulg.cum ſi.
g arg.§.cæterum ff. quod ideo.Inſti.de leg,ag,ſucc.
h Decius in d.l. generaliter.
i l.filium.cũ ſi. ff. ad maced.
k d l.j.in princ. ĵ. de ſuis.
l arg.rub,ſ.de iniuſt. rupt.
m l.quoties.cum ſim. ff.qui ſatisd.cog.
n l.hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. C.de teſta.
o §.alio.Inſtit. quib. mod.teſta.infir.
p l.iij.ſ.de iniuſ.rup.
q §.poſteriore.Inſtit. quib.mo.teſt.infir.
r d.l.j.ff.j. ĵ. de ſuis.
s l.ut liberis.in prin. C.de collat.
t §.ſi quis de prædictis.§ unum ex parentibus. in auten. ut cùm de app.
u Bartol.d.l.j. ĵ. de ſuis.
x arg.l.in delictis. §. j.ff.de noxal.
y d.l.j.in princ. ĵ.de ſuis.
z Alciat.l.inteſtatus. de uerb,ſig.
a l.j.§. hæc uerba. cũ ſi.ff.qđ quiſq; iur.
b l.ſi alienum. §.j. ſ. de hæred. inſtit.
c Theoph. §. uerum enimuero. Inſtitut. de legit.ag.ſuc.
d §.ſunt autem.Inſtit. de bon.poſſ.
e l.j.§.pro qua ſ.de bon.poſſ.ſecũd. tabul.& l.ſi.
f d.l ij.§. ſi conſulto.
g d.l.ij.§.defertur.
h l.j.§.exigit.de bon. poſſ.ſec tab.
i Inſtit. de bon. poſſ. in princ.
k l.iij.§.ſi quis ex liberis.ſ. de bo.poſ. contratab.
l arg.l.filio.ſ. de iniuſt.rupt.
m l.j.in princ. ſ. de bon.poſſ.contrat.
n Auten.nõ licet. C. de lib.præter.
o l.iij.§ pure.ſ.de liber.& poſth.
p d.l.iij.§.filius.l. cũ quidam.eo. tit.
q Inſtit.de exhæred. lib.in princ.
r l.ſi poſt.§. exhæredati.ſ.de cõtratab.
s l.nõ putauit. §.j.ſ. de cõtratab.
t Inſtit.de exhær.lib. in princ.
u l.iiij.§. ad teſtamenta.ſ de contratab.
x l.j.§.hæc autẽ.ſ.de cõtratab. y d.l.j.uerſi.ſi.cum l.ſeq. z d.l.j.§.ſi ex tribus. a l.intercidit,ſ. de cond. & demonſt. b l.j.in princ,ſ.ſi tab. teſta.nullç.
c d l.j.in princ.ſi tab.teſt.nul. d l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum,ſ.de acq.hær. e l.j.C.qui admit.ad bo.poſ. f l.iij.§.acquirere.ſ.de bo.poſ. g l. paulus.alias

incipit,per procuratorẽ.§.de acq.hẽ.
a l.bonorũ.C.qui ad mitti.
b Inſtit.de aut.tut.in princ.
c l.ſi auia.C. de iure deliber.
d l.ſi.C.qui admitt.
e l.iij.C.de iur.delí.
f l.j.§. largius.§. de ſucc.edictio.
g d.l.iij.C. de iur.de lib.
h l.n.j. quis ordo in bon.poſſ.
i §.quos autẽ. Inſtit. de bon.poſſ.
k l.j.in prin. eod.tit.
l l.cum ſine,§. eod.
m d.l.j.§. põponius.
n l.de bonis.§.ita de mum
o l.iij.§.plane.eo.ti.
p d.l.de bonis. i pri.
q Iaſon l. poſthumo. C.de bo. poſſ.cõtr.
r l.j.§.& gñaliter.§. de carb. edict.
s l.j.§. tories.§. de uent.in poſſ. mitt.
t d.l.j.§.rectiſsime.
u l.ſi uentris.eo.tit.
x d.l.j. §.ſi ea.
y l.5. eo.tit.
z l iiij.eo.tit.
a d.l.j.§.ſi.
b glo.uerb. incõmodi.l.j.§.de bo.poſ.
c Theoph. Inſtit. de grad.§.ex his.
d §.repetitis.§.amotis.Inſtit.de ſer.co.
e ut§.in princip.huius lib.
f auten.de hæred.ab inteſt.uenit.in prin.
g l.reſcripto. in fi.§. unde lib.
h l.iiij C. ad Orfic.
i l.fi.j §. cognati.
k §.cũ nlius.j.de hæred.quæ ab inteſt.
l l.papinianus. §. quoniã in fin. ff.de inoffic.teſta.
m § cum nlius.in fin.
n l.ut furtiuorandi §. ſi libert.de op. lib.
o Bald.l.iij.C.de ſuis & legit
p Bart l. Gallus. §.j. de lib.& poſth.
q cle. paſtoralis. de re iudic.
r l. quod certatũ.C. de poſth.hæred.
s l.filij appellatione. de uerb.ſig.
t c.j.de ſucc. feud.cũ ſi.l.iij.C.de ſuis.
u Bald.l.iij.C.de ſuis & legit.
x c.licet uniuerſis. de uoto.
y Iaſon in l.is poteſt. §.de acq. hæred.
z gloſ. l. ſi fœmina. C.ad Turpil.
a §.emancipati.Inſti. de hæred.quæ ab inteſta.
b §.ſui autem. inſtit. de hæred.qual.
c l.ſi de aſſig.liber.§.
d l.poſthumo. C. de collat.
e l.iij.C.de poſth.hæ. inſtit.
f l.n.§ de coll bon.
g l. qui in utero .ff.de ſta.ho. h l.ij.in princ.§.de uulg. i §.cum autem.Inſtit.de tutel. k §.poſthumus,Inſtit.de leg. l Iaſon l.ũ à primo.nu. 18 § de li.

acquiri poteſt: præterea ſine tutore pupillus bonorum poſſeſsionẽ agnoſcit, [a] hæreditatem non adit: [b] ſolo animo,ſine iudice adimus, [c] bonorum poſſeſsionem iudice autore agnoſcimus: [d] hæreditas per triginta annos, [e] bonorum poſſeſsio per annum à liberis, [f] uel intra centum dies tantùm,ab alijs acquiritur: & hoc tempus in hæreditate, etiam contra ignorantem currit, [g] non in bonorum poſſeſsione: [h] item hæreditas,iura directa,bonorum poſſeſsio utilia tantùm transfert, quando directa apud alium eſſent,uel ſperarentur eſſe. [i] Imò ſunt & aliquæ bonorũ poſſeſsiones,quæ nullum ius tribuunt: ut Carboniana,quæ datur filio impuberi, [k] neq; inſtituto, [l] neque exhæredato, [m] quando illi mouetur quæſtio,& ſtatus, [n] & bonorum non fratris, [o] neque matris, [p] ſaltem olim, [q] ſed paternorum. [r] Eſt & alia bonorum poſſeſſio quæ ius non tribuit,quando uenter in poſſeſsionem mittitur,quod fit cùm inter ſuos hæredes futurus eſt: [s] nec refert,an mulier mortis tempore uxor ſit, nec ne, [t] etiam ſi adulterij accuſaretur, [u] modò tamen non negetur quòd uxor unquam fuerit: [x] Miſſa autem hac muliere in poſſeſsionem,curator conſtituendus eſt,qui mulieri illi, & ſi dotem [y] habeat unde uiuere poſsit,omnia quæ ad uictum neceſſaria ſunt, præſtet [z] tandiu ,quandiu pariat, uel abortiat, aut certum fuerit eam non eſſe prægnantem. [a] Tertia eſt bonorum poſſeſsio,quæ filio emancipato litis agnoſcendę gratia datur,nec ius aliquod transferre ſolet. [b]

c CONCVRRERE. Sciendum eſt,eos qui in eodem gradu ſunt in ſucceſsione tunc concurrere,quando ſunt eiuſdem ordinis: [c] aliàs qui eſt in proximiore ordine,quãuis in quarto gradu eſſet,prę fertur illi, qui in ſecũdo ordine eſt, tametſi ille in primo gradu eſſet. [d] Ordines autẽ ſunt tres,Deſcendentiũ, Aſcendentiũ, & Tranſuerſorum: [e] Deſcendentium ordo cæteris potior eſt, [f] quia illis naturæ ſimul & communi parentum uoto debetur ſucceſsio [g] etiam ſi eorum parentes emancipati ſint.

Quicunq; igitur ex hoc [h] ordine erunt,ſi ſui ſint,aut ſuorum loco habeantur, cæteris omnibus,licet gradu prioribus,præferuntur. [i] Sed & inter ſe huiuſmodi deſcendentes,qui gradu potior eſt,nõ præfertur: [k] ueluti ſi unum filium habuero,& ex altero filio nepotes,ille non in ſolidum,licet ſit in primo gradu, ſed in dimidia tantum parte,iſti in alia dimidia,mihi ſuccedent, [l] & ſemper in ſtirpes,non in capita: ut ſi ex uno filio unum nepotem habuero,ex alio duos aut tres,iſti omnes ſimul non plus cõ ſequẽtur,quàm ille ſolus: [m] niſi in his,quæ corpora hęreditaria nõ ſunt,in quibus in capita ſuccedi ſolet: ut in Iure patronatus, [n] in Feudo non paterno, ſed antiquo, [o] in emphyteuſi quam mihi & filijs meis ſtipulatus ſum. [p] Hinc quæſtio illa oritur: Stante ſtatuto,quòd primogenitus in regno ſuccedat,dubium eſt ſi nepotem ex primogenito filio habeat Rex, item filium ſecundo genitum,quis illorum ſuccedere debeat. Multi multa ſcripſerunt,ſed hæc receptior uidetur ſententia,ut nepos, ſi poſt ſecũdo genitum natus ſit,nunquam præferatur, [q] quoniam primogenitus nõ eſt. [r] Idem erit ſi ante natus eſſet,modò ſtatutum filio primogenito regnum deferat: quippe filij appellatione propriè nepos non uenit. [s] Secus autem ſi ſimpliciter primogenito deferretur regnum: [t] tunc enim nepos, non ui tranſmiſsionis, [u] ſi illius pater regnum nũquam adeptus fuit, [x] ſed quia primogenitus eſt,regnũ cõſequitur. [y] Cæterum quoniam diximus,deſcendentes cæteris præferri,ſi ſui aut ſuorũ loco habeantur.Scire oportet,qui ſint iſti,& qui non ſint,& qui effectus ex huiuſmodi ſuitate proueniant.

Sui itaq; ſi cõſideremus quod euenire poteſt,omnes deſcendentes effici poſſunt. [z] Sed ut quis uerè Suus ſit,duo neceſſario requirũtur: quòd & in poteſtate ſit, [a] & mortis tempore proximior. [b] Et ob hæc duo de pluribus dubitari poteſt. Et in primis de poſthumo,qui cùm antequã naſcatur nõ ſit in poteſtate, [c] nõ Suus,ſed futurus Suus dici debet. [d] Vnde prius q̃ naſcatur, & ſi præteritus ſit, non tamen teſtamentũ rumpit, [e] nec collationis beneficium ante natiuitatem habet. [f] Sed contrà,obijciet aliquis, poſthumũ pro iam nato in his haberi,quæ illius cõmodũ reſpicere poſſunt. [g] Et ideo illi perinde ac iã nato pupillari modo ſubſtituimus. [h] Arbitrarer in his,quæ ſolũ poſt humi fauorem cõcernunt,ut in tutela, [i] legato, [k] & ſimilibus, illũ pro iam nato haberi: nõ in his,quæ & incõmodum aliquod habere poſſent,ueluti eſt Patria poteſtas. [l]

Similiter

Similiter nec in his,quæ alteri tantùm utilia esse possunt,[a] aut illi aliquod irreparabile damnum adferunt,[b] ut est Suitas testamenti impugnatio.[c] secus si damnum reparari posset.Faterer tamē nō quo ad effectum,sed aliàs legis fictione,[d] etiam ante natiuitatē Suum dici,[e] cum large omnes qui Sui futuri sperātur,Sui dici possint.[f] Rursus dubitatur de Emancipatis,qui licet olim Sui non essent,[g] nec præteriti iure ciuili testamentum rumpebant,[h] sed tantùm Iure prætorio, si exhæredati non essent,[i] uel tempore excluſi,[k] aut se in arrogationem non dedissent,[l] per bonorum possessiones admittebantur.Hodie tamen ex communi Interpretum sentētia,[m] inter illos,& Suos nulla saltem ab intestato[n] uidetur esse differentia:[o] adeo ut plerique existimauerint, omnes ab intestato bonorum possessiones,necnon titulum de coniungendis cū emancipatis liberis superfluè nobis tradi.[p] Sed Alciatus,[q] & Perrotus[r] contrà senserunt sublatam patriæ potestatis & emancipationis differentiā minimè esse,sed tantū agnationis & cognationis:[s] hoc tamen in emancipatis correctū fuisse, quòd in fratrū bonis æqualiter admittātur,cùm olim in patris dūtaxat admitterētur successione.[t] Hoc item ad ius antiquum auctū fuisse,ut emancipati parentibus etiā in potestate morientibus succederent.[u] Crediderim igitur,emancipatos suitatis iura minimè habere, sed tantùm unà cum alijs iure prætorio per bonorū possessiones succedere posse. aut si (inquit Mathesilanus) Iure ciuili hodie succedere possint,non ut sui hæredes, sed ut extranei admittūtur,[x] cùm ius nouissimum de suitate nō loquatur: Nam inquit,succedāt æqualiter filij aut filiæ sui iuris,uel in potestate,siue à patre,siue à matre proueniāt.[y] Ecce cùm de matre loquit,quę suos hæredes nō habet,[z] apertè ostēdit,de suitate nihil differere uelle.Huius quæstionis inuestigatio, præter suitatis, & iura alios effectus habet,quod hic emācipatus quum succedit alicui, pater nō nisi dimidiā usufructus consequitur partem,cùm solidū usumfructū haberet,si Suus esset.[a] Aliquando tamen hic emancipatus omnia Suorum retinet cōmoda: ueluti si per alicuius dignitatis adeptionē sui iuris factus est,[b] uel si alicui extraneo in adoptionē datus sit,[c] uel si in monasteriū ingrediatur:[d] tūc enim licet in abbatis potestatē transeat,[e] patri nihilo minus ceu Suus succedit. Hoc tamen casu nonnulli cōtendunt,siue pater, siue filius monasterium ingressus sit, sublatam non esse patriam potestatem:[f] cùm quia aliter iure cautum nō reperitur: tum quia abbatis potestas non nisi spiritualis est.

TERTIO dubitatur, quid de filiabus: & licet inter suos connumerentur hęredes,[g] illarū tamen liberi,auo materno extranei sunt: quoniam illos in potestate nō habet:[h] ad ipsius nihilo minus hæreditatē admittuntur, perinde ac matres,[i] licet olim cum diminutione tertiæ partis dūtaxat succedebant.[k] Sciendū est tamen filias,in feudo nō succedere,[l] nisi illud masculorū fœminarumq; nomine fuerit quæsitum: quo casu nec fœminæ,nisi deficientibus masculis,admittuntur.[m] Prætereà illæ per statutum,à successione stantibus masculis plerunque excluduntur, tuncq; desinunt inter suos hæredes annumerari,[n] adeo ut nec illis ulla legitima debeatur.[o] Sed nūquid huiusmodi statuto filiorū liberi excluſi erunt? si consideremus statuti rationem,à Theophilo traditam,masculos ideo præferri quòd reip.sint utiliores,dum bella gerunt,sacra faciunt,muneribus publicis funguntur, uidentur non excludi, cùm huiusmodi munia, si masculi sint, subire possint.[p] Contraria tamen opinio iure uerior est, quia ubicunq; mater excluditur,ita & illius liberi:[q] patet in feudo,quo filia & eius filij excluduntur:[r] item qui mulierem aliquam uxorē habere non potest,neq; illius filiam ducere posse.[s] Sciendū est tamē suprascripto statuto,fœminas nō impediri,quo minus matri intestatæ succedere possint:[t] cur enim naturam qua fœminę natæ sunt accusare uolumus?[u] Sed nec illud statutū,iure subsistere posse Baldus existimat,nisi filia uel à patre, uel à fratre[x] (dos enim matris illam à patris uel fratris successione non excluderet)[y] dotata fuerit.[z] Hìc præterea considerandum est, filiam dotatam, nisi dote collata,nunquam succedere posse:[a] qualiter autem conferendum sit, non disputabimus,sed hæc generalia collationum axiomata sufficient.

Collatio locum habet, non si de descendentium, uel transuersorum, sed ascendentium duntaxat successione agitur.[b]

a l.ij.§.qui autem in nentre.ff.de exc.tu.
b l.cū quidam.§.j.ff. si fuerit editus.ff de acq hæred.
c l.iij.§. ex his apparet.ff.de iniust.rup.
d Decius.l.posthumo. C.de bo.poss.cōtr.
e §.posthumi.Insti.de hær.quæ ab intest.
f l.iiij.in princ.ff. de hæred.instit.
g §.emancipati,Insti. de hær quæ ab ite.
h §.emancipatus.Insti,de exhær. lib.
i l.iiij.ff.unde lib.
k l.j.ff.unde lib.
l l.ff. eo.ti. unde lib.
m Docto.l.Gallus.§. & quid si tantum.
n gl.ff.l.fi emancipati.C.de collat.
o §. nullam,auten.de hær.quæ ab intest.
p gl.rub.ff. de cōiug. cum emanc.
q lib.parad. iij.c.x.
r d.l.Gallus.§. & qd si tantum.
s d.§.nullam.
t l.memintimus.C. de de suis & leg.
u § si quis igitur.j. autē. de hære. q ab intesta.
x d.Mathesi l.ī tract. succ.ab intesta.
y § j.auten. de hær. ab intest.
z l.nulla ff.de suis.
a l.cum oportet. per totū.C.de bo. q li.
b §.j.autē.cōstit.quæ de dign.
c l.pe.§. sed si quid. C.de adopt.
d Bar.l.h.C.de epis.
e gl.l.si ex causa.§.papinianus.ff. de mi.
f Mathesil.in.d.trac.
g §.j.Instit.de hæred. quæ ab intesta.
h Insti.de pat.por.i fi.
i §.neq; illo. autē.de triente & sem.
k §.fi.Instit.de hære. quæ ab intesta.
l tit.de succ.feudi.in princ.
m d.tit.de suc.feu.i fi.
n Barto.l.j.§. sciendum.ff.de suis.
o Decius l. iura sanguinis. de reg.iur.
p Theoph.§.hæredi tas.Instit. de legit. ag.succes.
q §.ex diuerso.auten. de hær. ab intesta.
r tit.de his qui feud. dare §. & hoc notandum.
s §.fratris uerò .Instit.de nupt.
t arg.l.ij.C.de le.hę.
u l.maximū uitiō.ff. q em.C.de li.præt.
x Bald.l.fin.nu.3.C. de dot. promis.
y Bal.l.neq; mater. C.de iure dot.i fi.
z Bal.auten.res quæ. nu.16. cōia de suc.
a toto tit.ff.de collat. dot.
b l.ut liberis.C. de collat.glos.fi.l.j.C. delleg.hæred.

Non habet locum collatio, niſi inter eos, qui hæredis titulo, [a] *& in primo gradu, aut in locum primi ſuccedunt.* [b]

Olim omnia bona quæ ſibi acquirebant filij ſiue emancipati, [c] *ſiue ſui,* [d] *(exceptis caſtrenſibus, uel his quæ dignitatis conſequendæ cauſa data erant) conferre cogebantur.* [e]

Hodie ea tantum conferuntur bona, quæ ab eo, cuius de hæreditate agitur prouenerunt. [f]

Excipiendum eſt legatum, quod nunquam confertur,[g] item & illa, quæ dignitatis conſequendæ,[h] ſuſtinendæue cauſa data fuerunt:[i] illa enim non conferuntur: tametſi æſtimatio, quæ ex ea dignitate tempore mortis patris haberi potuiſſet, cõferenda ſit.[k] Excipiẽda eſt item Donatio ſimplex, quæ nõ cõfertur, niſi donans dixerit: aut niſi frater donatarij donationẽ ob cauſam habeat:[l] aut niſi filio emãcipato facta fuiſſet,[m] tametſi nec hũc emãcipatũ cõferre debere donationẽ illã exiſtimauerit Decius.[n]

QVARTO dubitatur, quid de filio capto, aut deportato? & certum eſt ab hoſtibus captũ, ſi ibi decedat, Suum nõ dici:[o] ſecus ſi (etiam poſt patris mortem) reuerſus ſit:[p] tunc enim iure poſtliminij nunquam captus fuiſſe fingitur.[q] Deportatus uerò neq; ut Suus, neq; ut extraneus ſuccedere poteſt:[r] quia per maximã, aut mediã capitis diminutionẽ ius omne ſuccedendi perdimus.[s] Imò & contrario caſu filius illius, qui uel poſt mortem perduellionis reus iudicatus eſt, adeo Suus eſſe deſinit,[t] ut nec iura ſepulchrorum retineat.[u]

QVINTO dubitatur de nepote, an ſuus eſſe dicatur? Et certum eſt, illum mortuo ante auum eius patre iura ſui hæredis conſequi,[x] & unà cum patruis ſuis, ut dixi, in ſtirpes ſuccedere,[y] non ſolùm auo paterno, uerùm etiã & materno,[z] quod intelligendum eſt modò poſt aui mortẽ conceptus non fuiſſet: ille enim licet cognati nomen per relationẽ habeat, Suus tamen non eſt,[a] tametſi adhuc ex perſona patris uel matris,[b] iure tranſmiſſionis aui hæreditatem poſsit cõſequi.[c] Similiter & illa conſequi ſemper poteſt, quę hęreditaria nõ ſunt, ut ius patronatus, feudũ,[d] emphyteuſis.[e] Si uerò nepotis pater ante auum mortuus nõ fuerit, nepos regulariter Suus nõ eſt,[f] niſi quibuſdã caſibus. In primis (præter id quod large ſumpto uerbo Suus ſemper dici poteſt)[g] ſi deſtituti teſtamenti tempore proximior inueniatur, licet illũ mortis tempore pater præcederet, nihilominus proprie ab inteſtato Suus dicetur.[h] Et ſi quis obijciat, quòd cùm pater ſemel, mortis uidelicet tempore Suus fuerit, amplius nepos (cũ in ſuitate nõ ſit ſucceſsio)[i] Suus effici non poteſt. Reſpõdebo uerbũ Inteſtato, nõ mortis, ſed deſtituti teſtamẽti tempore cõſiderandũ eſſe, ubi uidelicet teſtamentũ factum fuit:[k] hoc itaq; tẽpore, nepos dicitur primus iura ſuitatis habere,[l] ſaltẽ ex hæreditate legitima.[m] Si per filij igitur inſtituti repudiationem, uel mortẽ, deſtituatur teſtamentum, nepos ſuus hæres eſt legitimus. Sed quid ſi nullum factum eſt teſtamentum? Hoc caſu, conſtitutio obſcurè ſcripta eſt hoc modo:

Qui negat ſe patris poſt auum inteſtato defuncti, hæredem, bona aui maximè emancipatus, non niſi iure prætorio habet. [n]

SI cõſtitutionẽ hãc intelligere uelimus, qñ pater & nepos erãt emãcipati, aut ipſe nepos tm, in ſe uerus erit intellectus, cùm emãcipati iure ciuili nõ agnoſcãtur.[o] Sed huic intellectui uerba illa cõſtitutionis (maximè emãcipatus) nõ cõueniunt, quippe dictio maxime, caſum de quo maior eſt dubitatio tacitè ſemper cõtinet.[p] Rurſus cõſtitutio intelligi nõ põt, qñ pater emãcipatus eſſet, & nepos in poteſtate, tũc enim nepos ſuus hęres eſt.[q] Intelligẽda eſt igitur, qñ uterq; in aui erat poteſtate, quo caſu nepos ſuus eſſe nõ poterat, cùm mortis aui tpe ꝓximior nõ eſſet.[r] Sed hoc modo conſtitutiõe intellecta, ſupereſt adhuc magna difficultas: nam ſi dixeris, patrẽ aui ſucceſſionem agnouiſſe: nepos amplius ſucceſsiones aui, & patris, quoniam unum patrimonium factæ ſunt, diuidere non poterit.[s] Contrà ſi dixeris repudiaſſe, nepos ſiue neget, ſiue nõ neget ſe patris hæredẽ, etiã iure ciuili, aui bona cõſequi põt,[t] cõtra conſtitutio

a l.ex cauſa.C.famil. erciſc.
b Bald.l.ſi emancipati.nu.3. C. de coll.
c l.j.in princip.ff.de col. bon.
d l.j.ff.de col. dot. in princ.
e d.l.j.§. nec caſtrenſe.de collat. bon.
f d.l.ut liberis. ff. de cuius.
g l.à patre.C.de col.
h l.quæ pater.ij.ff.fa. erciſcund.
i d.§. nec caſtrenſe.
k d.l.illud.in prin.de collat.
l d.l.illud.in fi.
m d.l.ut liberis. in fi.
n Decius d.l.ut liberis.
o l.lege Cornelia.ff. de teſtam.
p §.interdum. Inſtit. de hær.q̃ ab inteſt.
q §.ſi ab hoſtib. inſt. quib.mod ius pat.
r l.j.C.de hær.inſtit.
s §. ſed agnationis. inſtit.de leg.ag.tut.
t §.interdum.Inſt.de hær.quæ ab inteſt.
u l.j.§. interdũ.ff. de ſuis.
x l.poſthumorum.ff. de iniuſt.rupt.
y §.cum filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta.
z l.iij.C.unde legit.
a §.plane. Inſtit. de hæred.qualit.
b l.j. & ibi notatur. C.de his qui aſſ ap.
c l.paulus. §. paulus. ff.de bon.lib.
d Bal.l.& ſi pſon ff. C.de fideicom.
e Decius rub. de fuc. editi.C.
f §.ita demum. Inſti. de hær.q̃ ab inteſt.
g l.iij. n princ.ff.de hæred.inſtit.
h l. ſi qs poſthumos. §.ſi filium.ff.ſed & ſi ff.de li.& poſth.
i l.j.§.aciendum.ff.de uuis & leg.
k d.§.ſi filium.ff.ſed & ſi hæres.
l d.l.j.ff.j.ff. de ſuis.
m l.ſi quis filio. in prin.ff.nam agnoſcendo.ff.de iniuſt. rupto.
n l.ſcripto.ff.unde li.
o l.qui ſe paris.C.un de lib.
p §.emancipati. Inſt. de hæred. quæ ab inteſta.
q l.ſed & ſi maxime. cum ſi.ff.de fer.leg.
r §.ita demum.inſti. de hæred. quæ ab inteſta.
s §.ſui autem. Inſtit. de hær.qualit.
t l.quæſitum.cum ſi. ff.de acq.hęr.l.ſi qs filium.§.ſi.eo.tit.
§.placebat. inſti.de de leg.ag.ſucc.

ſtitutionem. Tertio,ſi partem dicas neque aui bona agnouiſſe, neque repudiaſſe,ſed interim dum deliberaret deceſsiſſe : tunc nepos, qui negat ſe patris hæredẽ, nec iure prętorio ſuccedere poſſe uidetur: ſiquidẽ pater, pendente deliberationis tempore moriens, ad eos quos hæredes habet, ratione Suitatis ius deliberandi in aui hæreditate tranſmittit, nepote excluſo, qui patris hæres eſſe recuſat. [a] Vnde neceſſe eſt, ut cum Franciſ. Curtio reſpondeamus, huiuſmodi nepotem, dum negat ſe patris hæredem eſſe,iuri tantùm ciuili (ut uerbum hæres notat[b]) renuntiaſſe[c], non autem beneficio prætorio,quo adhuc aui bona petet : patris uerò ſui bona,etiam iure ciuili adhuc,ratione ſuitatis intra triennium petere poterit.[d]

EST & ſecundus caſus,quo nepos auo ſuus eſt hæres,quando poſthumus prętę ritus non naſcitur, & nepos filio inſtituto,& interim decedenti,ſubſtitutus eſt : [e] hoc enim caſu filius nunquam ſuus fuit: expectare nanq; debuit, an poſthumus præteritus naſceretur,[f] nec antè adiri hæreditas potuit, cùm de teſtamenti uiribus dubitaretur: [g] ſiquidem teſtamentum poterat ualere,ſi poſthumus uel non naſceretur,uel natus ſtatim moreretur:[h] poterat & non ualere,ſi natus uiueret.[i] cũ igitur pendente hac ambiguitate decedit filius,ſuus nunquam dici potuit, ſed tantùm nepos ſubſtitutus,[k] qui cùm ex teſtatoris uolũtate ſuccedat,ſufficit ut ſuus dicatur, quod hęreditatis adiętæ tempore proximior ſit : [l] aliàs contra teſtamentum ſuccedens ſuus non eſſet, niſi mortis tẽpore proximior inueniretur.[m] Tertio nepos eſt ſuus hæres, ſi patre illius exhæredato inſtitutus fuerit.[n] Rationem hanc adferunt nonnulli,quòd filius exhęredatus mortui loco habeatur: [o] unde per exhæredationẽ ſuus eſſe deſinit.[p] Sed hanc rationem ueram eſſe minime arbitror,quoniam exhæredatio patriam poteſtatem[q], & per conſequens ſuitatem non tollit:[r] pupillaris ſiquidem ſubſtitutio, quæ tantùm filio in poteſtate exiſtenti fit, [s] exhęredato fieri poteſt:[t] erat ergo in poteſtate exhæredatus. Adde,quòd ſi exhæredatio ſuitatem tolleret, nepos ſtatim ſuus fieret: [u] & ſi prętereiretur,teſtamentum rumperet[x]: quod tamẽ non facit.[y] ſuſpendit igitur,non autem tollit ſuitatem exhæredatio: [z] imò putarem, ne ſuſpendere quidem, quando ille inſtitueretur,per quem ſtatim exhæredato quæreretur hæreditas.[a] Nepos igitur patre exhæredato,niſi & ille mortuus[b] ſit,nunquam ſuus hæres eſt : ſed ſi inſtitutus ſit, Patrem ſuum exhæredatum hæredem ſuum faciet : nec abſurdum eſt, quòd alium ſuum hæredem faciat, quamuis ipſe ſuus non[c] ſit.

SEXTO dubitatur de filijs adoptatis, uel arrogatis, minus enim iuris habent, quàm naturales legitimi: cùm in feudo non ſuccedãt,[d] in quo nulla diſpoſitio,etſi domini cõſenſus interueniat[e] (niſi ab initio feudum ea lege conceſſum fuiſſet,ut adoptiui ſuccederẽt[f]) ueris ſucceſſoribus prędiudicare poteſt.[g] Adoptiui itaq; ſi ab extraneo adoptati ſint, huic extraneo olim Sui erant,[h] niſi emanciparentur : ſed quia per hanc emancipationem,& illius extranei,& patris naturalis ſucceſsione priuabantur : [i] hodie ſiue tanq; filius,ſiue tanquam nepos abextraneo adoptentur,[k] omnia naturalis patris iura retinent:[l] & ſicut patri illi,non extraneo uſumfructum acquirunt:[m] ita eidem patri ab inteſtato, uel ex teſtamento ſui ſunt, etſi prętereantur teſtamentũ impugnare poſſunt.[n] Extraneus uerò illos præterire poteſt : ſed ſi ab inteſtato deceſſerit, huic (ſi emancipati ab illo non fuerint[o]) aliorum hæredum portione,etiam legitima,diminuta,excluſis etiam aſcendentibus,ſuccedere poſſunt[p]. Vnde diſputant doctores,an à tali extraneo educari debeãt : ſed reſpondẽt Faber & Ang. non debere,[q] niſi pater naturalis egenus eſſet,[r] aut operas illi extraneo præſtarẽt: [s] cui tamen ſemper reuerentiã exhibere tenentur,nec illũ in ius uenianõ impetrata uocare poſſunt: [t] nec refert quòd illos in poteſtate non habeat,ſiquidem nec mater,nec pater emancipator,qui poteſtate carent,in ius ſine uenia uocãtur.[u] Si uerò adoptans non ſit extraneus,ſed cõſanguineus,huic adoptatus Suus hæres[x] eſt, nec patris naturalis ſucceſsionẽ moleſtare poſſet,niſi emancipatetur,[y] nam poſt emancipationem nullum neq; adoptantis, neq; adoptati reſpectu,excepta nuptiarum prohibitione,[z] remanet ueſtigiũ.[a] Et hoc in adoptato. Arrogatus uerò quoniam non niſi cauſa cognita, principe uidelicet autore fit arrogatio,[b] ut ſuus hęres ſemper ſuccedit:[c] adeo ut ſi pupillus eſſet,qui ſine iuſta cauſa emanciparetur uel exhęredaretur,aut prętereiretur, arrogatoris quartam bonorum partem,præter illa quę ad arrogatorẽ tranſtulit,aut poſtea quęſiuit, habere debet[d]: in

a l.j.C.de his qui ante aper.tab.
b §.quos autem.inſti. de bo.poſ.
c l. nec his.§.j.ff. de acqui.hæred.
d l.fi.C.de repu.hęre.
e l.ſi filij hæres.ff.de libe.& poſthu.
f l.uentre.ff.de acquiren.hæred.
g l.ſed etſi de ſua. in prin.ff.de acq.hęr.
h l. poſthumus.ff. de iniuſt.rup.
i l.iij.eo.ti.de iniuſt. rup.
k l.fi.ff.de cõdi.inſti. circa fi.ſ.neq; eñ.
l d.l.ſi filius hęres.l. qui in aliena.§.pe. ff.de acqui.hæredi.
m l.ſi quis filio.ff. de iniuſt.rup. cum ſi.
n d.l.qui in aliena.§. interdũ.de acq.hęr.
o d.l.j.§.ſi pater.in fine.de coniung.cum emanci.lib.cum ſi.
p l.j §.ſciendum.ff.de ſuis & legiti.
q Cur.l.qui ſe patris. C.unde lib.
r l. lege cornelia. in fi.ff.de teſta.
s Inſtit.de pupil.ſubſtitu.in prin.
t §.non ſolum. Inſti. eo.de pupil.
u l.poſthumorum.ff. de iniuſt.rup.
x Inſti.de exhęre.lib. in princi.
y l.ſi qs poſthumos. §.ſi quis filiũ.ff.de lib.& poſthu.
z Cur.d.l.q ſe patris.
a d.l.qui in aliena.§. interdum.
b l.ſcripto.ff. vñ libe.
c l.non eſt nouũ.ff.de acqui.rer.do.
d §.adoptiuus.titu.ſi de feud defunct.
e tit.de alie.feudi paterni.in princip.
f tit.ſi de feud. defun. §.feudum ea lege.
g ti.de ſuc.feu.in pri.
h l.cum in adoptiuis. C.de adop.in prin.
i §.adoptiui.inſtit. de exhær.liber.
k l.pe.§.quæ in filio. C.de adopt.
l §.ſed hodie.Inſtit. de adop.
m d.l.pe.§.j.
n §.ſed ea omnia Inſtit.de hæred. quæ ab inteſt.
o d.l.pe.§. finautem.
p d.l.pe.§.ſed ne articulum.
q Ang.§.ſed ea.Inſtit. de hæred.quæ ab.
r ar.l.pe.ff.de adop.
s argu.l. in rebus.§. poſſunt.ff. cõmod.
t Ang. d.§.ſed ea.
u l.ñ.C.de in ius uo.
x l.j.§.ſuos.ff. de ſuis.
y d.l.pe.in princi.
z l.quin etiã.in prin. ff.de ritu nup.
a l. in oſ.ff. de adop.
b §.j.inſtitut. de adoptio.
c d.l.pe.§.fina.
d §.cum autem.impubes Inſtitu. de adoptio.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

qua quarta duntaxat,tali pupillo ſubſtituere,ſed non illum per fideicommiſſum grauare arrogator poteſt.[a] Quartam autem intelligo, non omnium bonorum arrogatoris,ſed eius portionis,quam arrogatus habere debebat:[b] alioqui ſi plures naturales legitimos haberet arrogator, ſequeretur illos minus habituros fore, quod minimè dicendum eſt.[c] Proinde cùm hæc quarta præterito arrogato detur, illũ Nicolaus Vbaldus exiſtimauit teſtamentum rumpere non poſſe,licet naturalis præteritus rumpat.[d] Plus enim (inquit) naturæ fauendum eſt, quàm accidenti: [e] Nec huiuſmodi quarta (idem ait) hodie aucta eſt[f],tametſi aſcendentium uel deſcẽdentium quartæ ſint auctæ. Veruntamen hæc Vbaldi ſententia uera non uidetur: cùm hæc quarta eo tantùm causa introducta ſit, quo arrogatus impubes ſine iuſta cauſa emanciparetur.

SEPTIMO dubitatur,quid de naturalibus filijs tantum : nam illi ſui non ſunt,[g] cùm matris conditionem ſequantur, [h] & ideo neq; agnati : agnatio ſiquidem à patre proficiſcitur.[i] Iſti tamen multis modis & ſui & agnati effici poſſunt.[k] In hac itaq; quęſtione ſciendum eſt,tres eſſe Naturalium ſpecies : Prima eſt eorum, qui ex meretrice naſcuntur: ſecunda eorum, qui ex concubina, & omnes iſti matri,[l] uel etiam auiæ.[m] ſuccedere etiam cum legitimis & naturalibus ſolent: niſi illuſtris eſſet mater,cuius filij legitimi natos ex meretricio,non autem ex concubinatu natos excluderent[n]. Patri uerò nunquam ſuccedere poſſent hi,qui ex meretrice progeniti ſunt: [o] tunc enim incertus eſt pater,[p] licet mater ſemper certa. [q] Sed qui ex concubina naſcuntur, in duabus uncijs unà cum matre, patri ſuccedere poterunt: [r] modò tria interueniant: Primum,quòd nulli filij legitimi & naturales ſuperſint,[s] licet antiquo iure unciam,etiam illis ſuperſtitibus,haberent. [t] Alterum, quòd legitima non ſuperſit uxor : [u] illa enim tametſi ab omnibus tranſuerſis excludatur, [x] nihilominus ex concubina natos, licet tranſuerſis potiores,[y] impedit : plerũq; etenim contingit,ut illis,qui uictores noſtros ſuperare ſolent,potiores ſimus.[z] Tertium, quòd concubina in domo patris maneat,[a] eiusq; ſit certus erga concubinam affectus : proteſtatione habita,quòd illam ceu concubinam diligit,alioquin iure uxor præſumeretur. [b] Iſtis itaq; tribus cõcurrentibus, filius naturalis,(nõ tamen illius parentes,uel liberi)[c] patri ſuccedere poteſt, etiam iure pontificio:[d] quoniã in hereditatibus,pontifices iuris ciuilis diſpoſitionẽ ſequũtur:[e] neq; obſtat,quòd concubinatũ reprobẽt:[f] quia nec illum Iuſtinianus probat[g],qui tamen ex eo natos ad huiuſmodi uncias duas uocare uoluit. Tertia Naturaliũ ſpecies eorum eſt,qui ex damnato coitu naſcuntur: & iſti neq; patri,[h] neq; etiam matri ſuccedere poſſunt:[i] adeo enim infames, [k] turpesq; exiſtimantur, [l] ut omnium honorum,[m] dignitatũ,maximè eccleſiaſticarũ,incapaces exiſtant:[n] quinimò & alimẽtis indignos lex ciuilis illos reputauit:[o] Sed æquitate canonica,ſi ex artificio,aut aliunde uictũ ſibi quærere nequeãt,[p] alimẽta,quę uel inſtinctu naturali debẽtur,[q] illis præſtare oportet.[r] Et quãuis ſimplicem accipere donationem prohibeantur,[s] alimentorum tamen prætextu,illis relinqui aliquid poteſt : [t] ſed ita,ne alimentorum (quia reſpectu perſonæ qualitate præſtantur[u]) modũ excedat,[x] alioqui quod ſupra eſſet,ceu fraudulẽtum,inutile iudicaretur:[y] cùm etiã id quod non excedit,poſt mortem ſit reſtituendum,[z] alimentorum inſtar,quę morte finiuntur.[a] Vnde ſubſequẽs eſt,dotem filiæ ſpuriæ conceſſam,illa mortua eſſe reſtituendã,[b] ſicut & eo caſu, quo aliunde uictũ habere poſſet, tũc enim etſi per triginta annos dotẽ poſſediſſet,eam nihilominus reſtituere tenetur,[c] ſiue bona fide non poſſederit,quo caſu nunquam præſcribit:[d] ſiue bona fide poſſedit: ſiquidem quod ad uſucapionẽ adtinet iuris error prodeſſe nunquã poteſt. [e] Veruntamen à marito,quandiu conſtat matrimonium,dos illa, cum ipſam ex oneroſa cauſa habeat, [f] repeti minime poteſt, niſi præter alimentorum modum,mulieris conditionem non ignorans, dotem accepit : tunc nanque in fraudem uidetur data, [g] & ſibi imputare debet,qui cum huiuſcemodi matrimonium contraxit[h]: unde ſecus eſſet ſi ignorans nuptias contraxiſſet.[i] Proinde ſciendum eſt,Naturales liberos ſuorum hæredum iura multis nanciſci modis:[k] unaq; cum legitimis & naturalibus æqualiter ſuccedere poſſe.In primis hi,qui ex cõcubinatu naſcuntur (non enim legitimi effici poſſunt,qui ex prohibito coitu nati ſunt[l])per ſubſequens matrimonium Sui efficiũtur,[m]

a l.ſi arrogator.ff.de adop.
b l.papi.§.ſi quis impubes.ff. de inoffi. teſta.
c gl.uerbo, quartam partẽ.d.§. cũ autẽ.
d Nicolaus de Vbal. in tract.ſucceſ.
e §.ſed hodie.uerſi.ſi uero.inſti de adop.
f gl.uerb.hoc' obſeruando.auf.de triẽ. & ſemiſſ.circa pri.
g §.ſi aduerſus. Inſti. de nupt.
h l. cum legitime.ff. de ſtat.homi.
i l.ſunt aũt agnati.ẽ. de legi.tuto.
k autẽ.quib.mod.natu.effi.ſui.
l l.j.§.ſed & uulgò.ff. ad tertul.
m l.modeſtin°.ẽ.unde cogna.
n l.ſi qua illuſtris.C. ad orti.
o §.uulgò. Inſtitu.de ſucceſ.cog.
p l.uulgo.ff.de ſta.ho.
q l.quia ſemper.ff.de in ius uocan.
r in autẽt.licet.C. de natur.lib.
s §.cõſideremus.aut. de trien.& ſemiſ.
t l.mẽe.C.de nat.lib.
u §.ſi quis aũt deſcẽdus.autẽ. quib.modis nat.effi.ſui.
x l.j.in prin.ẽ.ſi tab. teſta.nullę extab.
y gl.uerb.coniuge d. §.ſi qsaũt defunct°.
z l.equiſsimum.ff. ad tertul.
a d.§.ſi qs aũt defun.
b l.iij §.de concub.
c §.illiũ uerò.auten. qb. mod.na.eff.ſui.
d Abb.c.tanta q filij ſint legi.nu.xij.
e c.ad fidẽ 32.q.5.c. p uenerabilẽ. in fi. qui filij ſint legiti.
f ca.nemo.c.meretrices. 32.q 4.
g aut.de lenoni.cũ ſi.
h §.ſi quib.mod. nat. effi.legiti.
i glo. §. nouiſsimè. Inſtit.ad orficia.
k ca. cõſanguineorũ. iij.q.iiij.
l c.unus.l.fratres.C. de inof.teſta.
m l.generaliter.§.j.ff. de decurionib°.
n ca.cũ in cunctis.ca. inno tuit.de elect.
o §.ultimo ſiqdẽ.autẽ quib.mod natu. effi.ſui.
p l.ſi quis à liberis §. ſed ſi filij°.ẽ. de lib. agnoſcen.
q l.j.§. ius naturale. de iuſt. & iure.
r ca.cũ haberet.de eo qui ducit in matri.
s l.j.C.de natur.lib.
t arg d.c.cũ haberet.
u l.ſi quis liberis.§.de nię.ẽ. de lib.agn.
x har.autẽ.ex cõplexu.C.de natur.lib.
y toto tit.C. de inof. donat.
z Nicol.de Vbal.in d.tractatu ſucceſ. a l.cũ his.§ modus.ff.de tranſac. b Vbal.in d.tractatu. c bar.cõſi.119. d ca.poſſeſſor.de reg.iur.in 6. e l.nunquam in uſucapionib°.ff.de uſuca. f bar.l.ſi §.ſi à ſocero.ff.de his q̃ in fraud. cre. g bar.l.ſi gener.ff.de his qb.ut indig. h c.nuper.de donat.inter uirum. no.c.ij.de conſug.ſeruorum. k toto tit.quib.mod.nat.effic.ſui.in autẽ. l §.nna.auten.quib.mod.natur.effic.ſui. m l.cum quis.C. de natur.lib.

etiam

etiam ſi antequam iſtud contrahatur, aliam uxorem duxiſſet poſt concubinatum hic concubinarius,[a] nam uel in mortis articulo, hoc ſubſequens matrimonium contrahi poteſt: [b] ſiquidem ad ultimum uſq; uitæ articulum fieri nuptiæ poſſunt:[c] nec urget, quòd dos in articulo mortis utiliter minime cõſtituatur: [d] ſine cuius tamen dotis,do taliumq; inſtrumentorum confectione per ſubſequens matrimoniũ nati ex concubina legitimi non fiant.[e] Nam reſpondendum eſt,iure pontificio hanc dotis,dotaliumq; inſtrumentorum ſolennitatem neceſſariam non[f] eſſe: cui iuri quod ad matrimonium adtinet ſtare nos oportet. [g] Quòd ſi quis denuo obiiciat, nullos legitimos fieri poſſe, niſi hi,qui matrimonium contrahunt, ſuſcipiendæ ſobolis ſpem habuerint,[h] qua ſpe priuatur,qui in articulo mortis eſt. Dicemus,ſufficere ſpem illam, quę natura eſſe potuit,[i] licet per ætatem aut ualetudinem impediatur. [k] Cæterum ut per hoc ſubſequẽs matrimonium naturales efficiantur legitimi,neceſſe eſt concubinam (nam ſi meretrix eſſet,natus ex patre incerto quomodo legitimus[l] fieret?) tempore partus,eius cõditionis eſſe debere,ut cum ea matrimonium contrahi potuiſſet[m]. Et idcirco ſi ex alterius uxore filium ſuſceperim: ille, etſi mortuo marito mulierem illam in uxorem duxero, ſpurius manebit[n]. Quod idem iure ciuili eſſet in nobili aliquo,qui rem cum uili muliere haberet: illam nanq; uxorem habere non poteſt,[o] niſi iure Canonico,[p] cui hac in re,ut dixi,ſtandum[q] eſt. Sciendum eſt tamen,hos naturales legitimos factos, neq; ſolos,neq; cum legitimis,in feudo ſuccedere[r] poſſe. Secundo naturales efficiuntur legitimi,ſi in inſtrumẽto,tribus teſtibus ſubſignato,pater illos nominauerit filios, neq; addiderit,Naturales: [s] cùm enim ſolo conſenſu nuptiæ fiant,[t] per huiuſmodi filij nominationem,concubinam illam uxorem ſuam eſſe affirmat,[u] modò tamen tali profeſſioni mulier adſentiat,nimirum quòd citra illius conſenſum matrimoniùm non ſubſiſtat.[x] Sed & partus tempore mulierem talem eſſe oportuit, ut eam concubinarius uxorem habere potuerit.[y] At contrà,ex ſola filij,uel fratris nominatione,[z] imò ne ex publica quidem fama, ſi aliis non adiuuetur ſignis,[a] non præſumitur quis filius, aut frater eſſe,& ſi in teſtamento facta eſſet talis profeſsio,[b] ob quam etiam inter nominatos ceu inter fratres diuiſa eſſet hæreditas. [c] Imò nec etiam in piis cauſis, huiuſmodi nominationes probationes inducere ſolent. [d] His oppoſitionibus reſpondendum eſt, ex filij nominatione, aliquem non plenè probari, filium eſſe, ſed ſemiplenè tantùm: [e] cui ſemiplenę probationi,dum contrarium probatum nõ fuerit, ſtandum eſt.[f] Adde etiam,hanc filij nominationem,ſi uel in iudicio,[g] uel extra,parte præſente,[h] non alterius rei quàm filij agnoſcendi cauſa fieret,plenam facere probationem: quod alio loco fuſius doctores tractarunt. [i] Cum igitur pater filium in inſtrumento tribus teſtibus ſubſignato,non ob aliam cauſam,quàm ut filium naturalem legitimum faciat, nominauerit: mirum non eſt,ſi plena ſit probatio,[k] & adeo efficax, ut ex ea profeſsione fratres eius qui nominatus eſt,legitimi quoq; efficiantur.[l] Tertio naturalis fit legitimus,dum curiæ offertur:[m] uel filia fit legitima,ſi curiali nupſerit:[n] fit autem hęc curiæ oblatio per patrem, uel inter uiuos,quando illum curiæ offert, uel in teſtamento, cùm ſcribit illum curialem fieri oportere.[o] Poteſt etiam Naturalis, ſponte propria curię ſe offerre,ſed tunc legitimus nõ erit,ſi aliqui naturales & legitimi ſupereſſent:[p] ſecus cùm patris adeſt conſenſus, nam unà cum aliis ſuus hæres eſt: ſoli tamen patri fit hæres legitimus, non aliis agnatis, licet per ſubſequens matrimonium iſtis agnaſceretur.[q] Quarto per principis reſcriptum naturales efficiuntur legitimi.[r] Sed hoc ſolus princeps,aut alius qui hanc à principe poteſtatem ſpecialiter habet, reſcribere poteſt: [s] non autem is, qui principe inferior eſt. [t] Vnde ſicut ciuitas natalibus reſtituere, uel ingenuitatem dare prohibetur: [u] ita etiam & legitimum facere: hoc enim reſtitutioni æquiparatur.[x] Hoc itaq; reſcripto etiam is,qui ex damnato coitu natus eſt,legitimus effici poteſt.[y] Sed & ſi pater in teſtamento ſuo, ſe uelle, ut filij ſui naturales legitimi fiant,aſſeruerit,legitimi erunt, principe hanc aſſertionem poſtea approbante: [z] modò tamen alij non exiſtant legitimi & naturales. Cæterùm ut legitimatio per reſcriptum facta iure ſubſiſtat, oportet eum qui legitimus efficitur, ſub imperio reſcribentis [a] eſſe. Neceſſe eſt item, omnia ea in reſcripto inſerere, quibus princeps hincinde commoueri, uel ad concedendum, uel ad denegandum, potuit.[b] Præterea & clauſula derogatoria in reſcripto exprimi debet, qua iuri ſpurium, ſuccedere

a §.ſi uero & naturalib. ff.eo.in fi. aũt. quib.mod.nat. effi.legit.
b Iaſon.l. ſed eſt quæſitum. §. de lib.
c l.hoc genꝰ. §. de cõdi.& demonſtra.
d l.Iulianus.ff.de iure dot.
e §.fi.Inſtit.de nupt.
f ca tanta.qui fil.ſint legiti.
g glo Inſti.de nup.in princi.
h l.nuper. uerſi. ſufficiat.C.de nat.lib.
i Iaſon. d.l. ſed eſt q̃ſitum.
k ar.l.ſi qposthumos. §. de lib.& poſthu.
l Bald.l. eam quam. C.de fideicom.
m §.quib.Inſti. de hæred.quę ab inteſta.
n d.ca.tanta.qui filij ſint legiti.
o §.ſed & aliud. aut. qb.mo.nat. eff.leg.
p cap.inter opera. de ſponſalib.
q ca. pen.in fi.de ſecund.nup.
r §.naturales. ſi de feudo defunct.
s §.ad hoc aũt.aut.ut liceat,matri& auię.
t l.nuptias,ff,de regu. iuris.
u d.§.ad hoc.in fi.
x Bal.in d.tracta.in.j. parte.nume.lvij.
y d.§.ad hoc.
z l.non nudis. C. de probatio.
a c.ꝓterea,eẽ de teſti.
b l.neq; .C. de teſta.
c l.non epiſtolis. C. de probat.
d l.iubemus.C. de libe.cau.
e l.fi.in princip.ff.de probatio.
f Bar.l.ſtẽ q; §. ité q contrarium. §. de libe.agnoſcen.
g doct.c.per tuas.extra de probat.
h arg.l. certũ.§. ſi qs abſente ff.de cõſt.
i doct d.l. non epiſtolis.cum ſeq.
k d.§.ad hoc autem.
l d.§.ad hoc.uerſic.ſi autem.
m §.fi.iſt de nup.cũ ſi.
n l.ſi qs C.de na.lib.
o §.ſi qs igit fuerit. autẽ quib mod.natu.effi.ſui.
p §.ſi quis igitur ex qualibet.auten qb mod.natu. effi.ſui.
q l.cõmunium. C. de natu.lib.
r auẽ ꝓterea.C.de natur.liber.
s arg.l.j.§.qui mandatã ff.de offi.eius.
t ca. per uenerabilẽ. ẽ.iſup.q ſi.ſint leg.
u l.j.C.de iure aur.an nulo.
x §.ſi quis ſane. autẽ. qb.mod.na.eff.leg.
y d.ca. per uenerabilem.circa princi.
z autẽ.item ſine C.de nat.libe.
a arg.l.ſi.ff.de iuriſd. om.iudic.
b ca.ij.de fil. presby.

cedere non posse disponenti, derogetur: [a] sufficiet tamen generalis huiusce modi derogatio, Non obstantibus quibuscunq; legibus. [b] Imò sine clausula illa, certam principis rescribentis scientiam sufficere profitentur interpretes. [c] Tandem omittēdum non est, Omnes legitimationis modos ita demum ualere quos supra retulimus, si is, de cuius legitimatione agitur, consentiat: [d] alioquin beneficium in inuitum conferri non posset: [e] & maximè hoc casu, quo nemo inuitus in patriam reduci debet potestatem, sicut nec ab ea liberari. [f] Verum si patre, uel eo, qui legitimus efficitur, patris consensu, postulāte, legitimatio fiat, nullus agnatorum requiritur consensus: [g] pater enim de bonis suis ut libet disponere potest: [h] tametsi nulla legitimatione interueniēte naturalibus quicquam concedere non posset, nisi omnibus legitimis & naturalibus deficientibus: [i] Si uerò in legitimatione nullus patris interueniret consensus, solus princeps, alios legitimos & naturales non ignorans, naturalem hoc postulantē legitimum efficere potest, [k] cùm ius agnationis, quod abstulerat, restituere possit. [l] Sed si legitimos ignoraret, in illorum præiudicium haud quaquam uerisimile est principem rescribere uoluisse. [m] Sed quid si non sint descendentes legitimi, sed tantùm transuersi, illorum consensum non esse requirendum omnes existimant, [n] nisi quando illis præiudicaretur, puta si legitimatio post patris mortem qui nunquam consenserat, fieret: [o] quo casu & adhuc principem, si uellet, illis non uocatis, legitimum facere posse, dubium non est. [p]

OCTAVO, & ultimo dubitatur, quid de filijs matris? Et certū est, illam in filios potestatem non habere, [q] & per consequens nec aliquem suum hæredem: [r] unde nec adoptare, nisi ex principis rescripto, in solatium liberorum amissorum posset. [s] Huic attamen matri per senatusconsultum Orficianum, filij succedere solent, [t] etiam si uulgò quæsitus sit filius, [u] (ut supra declarauí) uel etiam ex secto uentre natus, [x] uel minimam, nō autem maximam, aut mediam, capitis diminutionem passus fuerit. [y] Et hæc sufficiant quoad personas inferioris ordinis. Supereset dicendum de Suitatis effectibus: sed infra congruentius dicetur. [z] Vnde transitum faciemus ad superioris ordinis cognatos, qui proximum post descendentes locum sibi uendicant: [a] quoniam turbato mortalitatis ordine, non minus piè illis relinquitur, quàm liberis. [b] Iure itaque Digestorum si liberi in potestate erant, hæredem non habebant, [c] cum omnia ei, in cuius potestate erant, acquirebant. [d] Si emancipati, in illorum intestatorum successione, auus patri [e], pater matri, [f] & mater auo præferebatur: [g] quòd si omnes illi tres cōcurrant, auus utriq; præferetur. [h] Quod mirum uideri potest, ut mater eum uincat, qui matris potiorem superare solet. [i] Rursus, ut auus solam matrem excludere non possit, cùm patrem simul, & matrem superare ualeat: cur enim si utrunque simul, alterum per se uincere nequit? [k] His obiectionibus respondebat Bartolus, Auum idcirco præferri, quòd ex patris, qui matre potior est, persona succedat. [l] Sed ex eo carpitur Bartolus, quòd in ascendentibus, quia illis non ita ut descendentibus debetur successio, [m] alter alterius sedem minimè ingreditur: [n] præterea quando nepos ab auo emancipatur, ille tantùm qui manumisit succedere posset, non pater, [o] qui ob emancipationem perinde ac emancipatus iure ciuili incognitus est. [p] Respondebat igitur Cyrillus secūdo, Auum ea ratione præferri, ne circuitus inutilis fiat. [q] Nam cùm auus (inquit) patrem excludat, pater matrem, ut breuius res expediatur, auum matre ipsa potiorem dicere debemus. Verùm hoc dilemma est: siquidem cùm mater auum excludat, auus patrem, cur mater quoque potior non erit? Item, cum pater matrem excludat, mater auum, quare pater potior non iudicatur? Vnde Baldus existimauit, eum potiorem censendum, qui primò uicerit: ueluti auus est. [r] At si à patre uel matre initium fecerimus, illos primos uictores reperiemus. Quapropter Alciatus quartò respondit, primum gradum ante omnia considerandum esse, & qui in eo semel cesserit, semper excludatur. [s] Primo itaq; gradu (ait) sunt pater & mater, matreq; semel à patre exclusa, perpetuò remouetur, auusq; (quia patre potior) succedet. Veruntamen Alciato non adstipulor, cùm à primo gradu non semper est incipiendum: [t] tum quòd perpetuo non remouetur, qui semel exclusus est. [u] Ipse igitur aliter dicendum putarem: Auum ob id patri præferri, quia nepos ab auo manumissus, [x] omnia beneficia consequitur. Vnde omnibus his, qui simili, & non alio iure, quo ipse uocatur, succedere possent, antepo-

nendus

a glo. uerb. participium. §. fi. quibus mod. nat. eff. sui.
b doc. d. c. per uenerabilem.
c arg. l. q in prouincia. §. j. ff. de ri. nup.
d §. generaliter. aut. qb. mod natu. effi. sui.
e reg. inuito.
f § h. Insti. quib. modius patr. pot. sol.
g Bar. l. gal. §. & quid si tantum. in fi.
h l. cum adoptio. ff. de adopt.
i autē. licet. C. de natural lib.
k Vbal. in d. tracta. j. parte. nume. lxxix.
l l. j. C. de natali. resti.
m l. ij. §. merito. ff. ne quid in loc. publ.
n Ab. c. per uenerabilem. qui fil. sint legit. nume. xij.
o ar. l. pe. ff. de natal. restitu.
p l. ij. in fi. titu. eo.
q §. cęteri. Insti. tu. de hæred. qualita.
r l. nulla. ff. de suis.
s §. fœmina. Insti. de adop.
t Insti. de senat. orfic. in princip.
u §. nouissime. eo. ti. de orfic.
x l. j. §. sed & si matris. in fi. ad tertul.
y d. l. j. §. capitis.
z l. j. §. cognati. ff. eo.
a §. j. autē. de hæred. ab intesta uenient.
b l. nā etsi parētib⁹. in pri. ff. de inof. testa.
c l. ij. ff. de cast. pecu.
d l. placet. cē. de acquiren. hæred.
e l. j. §. nepos. cē. si à paren. quis ma.
f l. si ad patrem. ff. de suis.
g l. ij. §. sed neq; auus. ff. ad tertul.
h l. æquissimum. ff. ad tertul.
i l. de accessionibus. ff. nā qui. de diuer. & temp. præscri. ff.
k arg. aut. itaq;. C. cō munia. de succes.
l Bar. l. j. §. qui habebat. cē. de bo. possess. contrariab.
m d. l. nā etsi parētib.
n aut. defuncto. cū gl. ff. b. grad⁹. C. ad ter.
o l. j. §. nepos. cē. si à parente quis ma.
p theoph. Insti. de legi paren. tut.
q arg. l. cum fundus. § seruum. ff. si certū petatur.
r Bald. l. fi. C. ad tert.
s Alcia. parad. lib. vj. cap. j.
t l. ij. §. si sit agnat⁹. infra. ad tertul.
u l. ij. §. sed etsi ipsa. ad tertu..
x d. l. æquissimum. uerb. auus manumiserit.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

nendus eſt.[a] Pater autem & auus non diuerſo,ſed ſimili iure uocantur. Nam per Tertullianum nõ ſuccedunt,[b] ſed ex conſtitutione hodie,[c] olim lege duodecim tabularũ, ſi contracta fiducia emãcipaſſent,[d] ſi non contracta fiducia,per bonorũ poſſeſsionem Vnde decẽ perſonæ.[e] Pater uerò,ideo matri præfertur,quia ius antiquum,nõ obſtante ſenatuſcõſulto Tertulliano illi patri reſeruatum fuit;[f] ſed auo reſeruatum ea ratione non fuiſſe[g] ueriſimile eſt,quòd uno gradu matre ſit remotior,[h] quæ illi idcirco per Tertullianum,ius antiquum in hoc corrigens,[i] anteponitur. Si igitur nepos, patre, auo,& matre ſuperſtitibus deceſſerit, ab auo emancipatus,in nepotis illius ſucceſsione auus anteponitur,[k] qua antiquo iure ſuccedit,[l] quo pater licet aliàs,non tamẽ hoc caſu,cùm nõ manumiſerit,uocatur:[m] mater uerò per ſenatuſcõſultum Tertullianum, (quod lege duodecim tabularum reſpecta ius nouum eſt[n]) non admittitur, ubi pater & auus ſuperſunt,ſed auo ius ſuum conſeruatur:[o] id eſt,antiquum ius,per Tertullianum hoc caſu nõ corrigitur: ſuperuacanea etenim eſſet correctio,patris cauſa, qui impedit,ne Tertullianum ſenatuſconſultum effectum habeat.[p] Quòd ſi ea quę effectum nullum habent,non ſolùm in hominum diſpoſitionibus,[q] uerumetiam in legibus cõdendis reiſciantur:[r] quanto magis in iuris antiqui correctione ſuperfluitatem uitare debemus?[s] In ſucceſsione itaq; nepotis,ſi concurrant auus,pater,mater, ſi diceremus auum à matre excludi,illa à patre, quia eſt potior, uinceretur: qui admiſſus rurſum ab auo,nimirũ fortiore,ſecluderetur,& iterum auus à matre,quia eſt potẽtior.[t] Vnde cùm in his perplexis caſibus diſponentis mens potiſsimum conſideranda ſit,[u] quæ non alia eſſe poteſt (ut dixi) quàm ut per Tertullianum effectu, & non uerbo tenus, mater filio ſuccedat,[x] in ſpecie propoſita,quia mater obſtante perplexitate ſuccedere non poteſt,profitebimur illam auum minimè excludere, neque ius antiquum ſuperfluè correctionem à iure nouo pati. Et hæc ad ueterum legum declarationem ſcribere uoluimus. Hodie uerò aſcendentes deſcendentibus aliter ſuccedunt, ut hoc regulari axiomate cognoſcere licet.

Deficientibus deſcendentibus,[y] omnes aſcendentes,[z] qui in eodem,& proximiore gradu erunt,cæteris excluſis,[a] non in capita, ſed ſtirpes[b] æqualiter[c] ſuccedunt.

PATER igitur & mater,cùm in eodem gradu ſint,æqualiter ſuccedent,& ſi alter tantùm ſuperſit,auo,auiaq;,& reliquis ſecluſis,[d] ſolus uocabitur: utroq; uerò defuncto,aui & auiæ,tam paterni,quàm materni, ſed in ſtirpes, admittuntur: adeo ut auia materna,ſi ſola ſit,tantum habeat, quantum auus paternus, & auia paterna. Ex ſuprafcripis itaq; conſtat,matrem,quia gradu proximior eſt,auo etiam paterno antepo nendam eſſe: quod durum uidetur: cùm auus ille nepotem in poteſtate habeat,[e] bonorumq; illius adminiſtrationem,& uſumfructum,[f] qui morte aui non autem nepotis extinguitur.[g] Huc accedat,quòd hic auus in filij ſui locum ſuccedere debet, ſicut & nepos in patris ſui locum:[h] cùm in correlatiuis eadem ſit iuris diſpoſitio.[i] Et ſi dixeris, Bona deſcendentium aſcendentibus non ita deberi,ut aſcendentium deſcendentibus:[k] attamen plus iuris habent aſcendentes in deſcendẽtium bonis, nam olim illa omnia bona conſequebantur:[l] hodie uſumfructum adhuc retinent.[m] His omnibus argumẽtis puto reſponderi poſſe,patriam poteſtatem iſtos effectus produxiſſe,[n] quę poteſtas cùm iuris ciuilis ſit,[o] alia ciuili lege coarctari potuit.[p] Cæterum axioma noſtrum certis quibuſdam caſibus locum non habet. Primus eſt, in uſufructu aduentitij peculij:[q] Nam filius, uel caſtrenſe peculium habet, (quod dicitur quicquid militiæ cauſa à parentibus uel cognatis alijs ue quibuſcunq; ille acquirit[r]) aut quaſi caſtrenſe:[s] id omne uidelicet,quod ex functione aliqua adſequitur,ſacerdotij[t] puta, patrocinij,[u] medicinæ,liberalium artium.[x] Et hæc duo peculia propria, adeo filius habet,ut nec illa poſt patris mortẽ conferre teneatur:[y] cùm nec illorum uſusfructus patri fuiſſet quęſitus.[z] Habet & filius peculium Profectitium,in quo,cùm à patris bonis dicatur profectum,[a] præter adminiſtrationem filius nihil habet, ſed poſt patris mortem inter hæredes eſt diuidendũ.[b] Eſt & quartum,quod dicitur,ex eo Aduen-

d titium,

a l.j.in prin.ſi à parẽ. quis fuer.ma.
b d.l. æquiſsimũ.uer. quo admiſſo.
c l.ſi.C.de emãci.lib.
d §.fi.Inſtitu.de legi. ag.ſuc.
e Inſti.de bon.poſ.§. ſunt autẽ. ☞ſ tertio decem.§. quæ aũt.
f l.ij.C.ad ſenatuſcõ. tertul.
g l.ij §.ſed neq; auus. j.ad tertul.
h ut.§.l.j.§. primo gradu.cum ſeq.
i Inſtit.de ſenat. tertul.in prin.
k d.l.æquiſsimum.
l d.§.ũ Inſti. de leg. ag.ſucc.
m d.l.j.§.nepos.§. ſi à parent.quis.
n Inſtit.de ſenatuſcon ſul.tertul.in prin.
o d.l æquiſsimũ.in fi.
p d.l.ij.§.obijcitur.j. ad tertul.
q l.fi.C.de donat.
r l.j.& ibi gl.j.ff. qđ met.cau.
s l.ſi quando.in prin ci.C.de inoff.teſta.
t d.l.æquiſsimum.
u l.qui quadringẽta. in prin.§.ad.l.falc.
x Inſti.ad ſenat.tert. §.& primus.
y §. ſi igitur defunctus.j.aut.de hære. ab inteſta.
z aut.defuncto.C. ad tertul.
a gl.uerb.gradus.d. autent.defuncto.
b d.§.ſi igitur.uerſi.ſi autem eundem.
c d.autẽ.defuncto.
d gl.d.uerb. gradus.
e l.nam ciuiũ.cũ ſeq. ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur.
f l.cũ oportet.in prĩ. C.de bo.quæ lib.
g l.ſi qs Titio.in prĩ. §.de lega.ij.
h §.cũ filius. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt.
i l.fi.C.de indic.uid. tollen.
k d.l.nã etſi parẽtib.
l l.placet.§.de acqui. hæred.
m toto tit.de bo.mater.C.d.l. cũ oportet.
n l.in ſuis.§. de libe. & poſthu.
o Inſti.de patr. pote. in prin.
p l.nihil tam naturale.de regu.iur.
q l.ſi quis.§.ſin uero. C.ad tertul.
r l.j.de caſtrẽ. pecul. mil.lib.xij.C.
s l.fi.in prin.de inof. teſta.C.
t l.cũ lege.C.de epiſco.& cleri.
u l.iiij.C. de aduoc. diuer.iudicio.
x d.l.fi. uerſ.de alijs. de inof.teſta.
y l.j.§.nec caſtrẽſe.§. de col.bo.
z d.l.cũ oportet. uer. exceptis.
a §.ſancitum.Inſt.per quas perſo.no.acq.
b l.certum.C.ſa tr.iſ.

titium,quòd fortuito adueniat: [a] & huius proprietas patri acquirebatur:[b] hodie uerò illius uſumfructum duntaxat conſequitur:[c] imo nec illum habet,ſi uel pater remiſerit,[d] uel inceſtas nuptias contraxerit,[e] uel bona ſua diſsipauerit,[f] aut unà cum filio in fratris ſororiſue hæreditate ſuccedat:[g] idem ſi filio acquirere uolenti non conſenſerit,[h] uel ea lege ita filio aliquid donatur,ut in ſolidum illud percipiat.[i] Sed etſi filius emancipatus eſſet,in præmium emancipationis,pater,non dominij eorum dimidiam partem,ſed uſusfructus tantum retinet.[k] In hoc igitur uſufructu, non ſolùm patrem matre potiorem eſſe crediderim,[l] uerùm etiam auum paternum: illi enim ratione poteſtatis perinde ac patri debetur.[m]

SECVNDVS caſus eſt in lucris nuptialibus,in quibus parens ille,à quo proue nerunt,(ut ſit quiſq; ad dotandum pronior[n])cæteris præfertur.[o] Quinimo æquum eſt, non ſolùm in illis lucris,ſed & in quibuſcunq; alijs bonis,illum anteponi, à quo proueuerunt.[p] Quod & in tranſuerſis,quibus non ita,ut aſcendentibus,debetur hæreditas,obſeruari ſolet[q]. Idem nunc dicebamus in peculio Profectitio, in quo idcirco pater præfertur, quòd ab illo proueniat.[r]

TERTIVS caſus eſt,quando frater, uel ſoror, ex utroq; latere coniuncti[s], aut etiam illorum filij ſuperſunt,[t] unà cum patre & matre defuncti, non in ſtirpes, ſed in capita[u](licet olim hoc uariè correctum fuerit[x]) æqualiter ſuccedunt: exceptis unius fratris,aut ſororis filijs, qui non niſi unam portionem omnes (quia in patris, uel matris,locum ſuccedunt[y]) habere poſſent.[z] Et hæc locum ſibi uendicãt, non ſolùm quando frater aut ſoror cum patre,& matre, uel altero illorum concurrunt, uerum etiam quando cum auo,aut auia,alijs ue ſuperioribus.[a] Licet enim aliqui contendant, fratres iſtos omnes,præter patrem,aut matrem,aſcendentes excludere: ex eo moti,quòd fratres cum proximioribus tantum concurrere ſoleant:[b] nam illorum ſententia exploſa eſt: mortuo etenim patre & matre,proximior auus dicendus eſt, cùm illum nemo antecedat.[c] Succedent igitur aui cum fratribus in capita: adeo, ut ſi duo proaui paterni,duæq; proauiæ paternæ exiſterent,& unus maternus, unà cum iſto fratre, in ſex portiones diuidenda eſſet hæreditas[d], quæ aliàs fratre illo non ſuperſtite, in duas tantum diuideretur, proauia materna tantum conſequente, quantum omnes alij paterni:[e] ſæpe etenim contingit,nos alieno beneficio multa conſequi poſſe, quæ noſtro habere non poſſemus.[f] Quoties itaq; concurrunt iſti fratres cum aſcendẽtibus, nunquam parentes aliquem uſumfructum ſibi uendicare poſſunt:[g] quod in parentibus maternis eſt intelligendum: nam paterni, ratione poteſtatis quam habent etiam in liberorum uita,uſumfructum habent,[h] quem ſua morte tantùm,[i] non liberorum,perdere poſſunt.[k] Sed hîc dubitari poteſt,ſi ſuperſit pater, auus, & frater, & pater repudiet,an auus perinde cum fratre admittatur,ac ſi pater nõ extaret? Et reſpondet Matheſilanus,admitti:[l] paria enim ſunt,repudiare,& mortuum eſſe,aut nũquam fuiſſe[m]. proinde frater,uel ſoror ex altero tantùm latere proueniens, licet olim etiã cum aſcendentibus concurreret[n],hodie tamen à quocunq; aſcendente excluditur:[o] niſi hic, qui defuncti frater eſt,eius quoq; filius eſſet,qui defuncto uult ſuccedere. Verbi gratia: ſi quis relicta tantùm matre,& uterino fratre deceſſerit,(qui matris ex alio marito filius eſt) nam hunc Caſtrenſis cenſet unà cum matre defuncto ſuccedere debere[p]. Sed ego dubito: cùm magis aſcendentibus,quàm trãſuerſis debeatur ſucceſsio,[q]& ſi in eodem gradu exiſtant,uel etiam in remotiore. Vnde frater utrinq; coniunctus, qui in ſecundo gradu eſt,licet cum patre,qui eſt in primo,concurrat:[r] non tamen auum,uel proauum,quãuis in tertio gradu ſit,excludere ſolet.[s] Sed cùm ſupra diximus, filium fratris utrinq; coniuncti cum defuncti patre concurrere, an idem in illius fratris nepote dicendum ſit? Et uno conſenſu negant omnes,hũc nepotem huiuſcemodi beneficium habere.[t] cùm enim lex, ius corrigens[u],de filio duntaxat loquatur, extendenda nõ eſt ad nepotem,qui in correctoria lege,appellatione filij nunquam uenit.[x]

QVARTVS caſus eſt,quando parentes,filij tutelam ſine cauſa ſuſcipere recuſarunt:[y] nam pater,quemadmodum bonorum filij ſui,in poteſtate exiſtentis,legitimus adminiſtrator eſt:[z] ita quoq; & emancipati filij legitimus eſt tutor:[a] quam tutelam ſi excuſatione aliqua detrectet,puto eum nec hęredem filij eſſe poſſe:[b] legitimę etenim hæreditates,legitimarum tutelarũ onus annexũ habẽt,[c] quod onus ſi quis extraneus, uel

a §.j.in fi.Inſtitu.per quas perſ.nob.acq.
b d.l.placet,ff. de acq ren.hæred.
c d.§.j.& d.l.cũ oportet.
d d.l.cum oportet.§. ſinautem res.
e §.j.autẽ.de inceſt. nupt.
f §.quia uerò quędã. autẽ.ut nul.iud.
g l.ſi quis.C. ad tert. §.ſi uerò.autent. de hæred.ab inteſta.
h l.ſi. in fi.C. de bonis quæ lib.
i autẽ.ut liceat matri & auiæ.in princip.
k d.l.cum oportet.§. cum autem.
l d.l.ſi qs.C.ad tert.
m d.§.cum autẽ.uerb. apud maiores. d.l. ſi quis.§. ſin uero.
n l.ij.C.de bo.q̃ lib.
o l quod ſcitis.C.eo.
p Matheſil.in d.trac.
q l.de emãciparis.§. exceptis.C. de leg. hære.
r §.j.Inſtitu.per quas perſo.no.acqui.
s d.autẽ.defuncto.i fi.
t §.hoc itaq;. autẽ.ut fratrum filij.
u §.ſi igitur.uerſ.ſi uero.aut.de hæred.ab inteſta.
x §.præferuntur.uer. frater.cum ſeq. Inſtitu.de ſenat.tertu.
y §.cum filius.inſtitu. de hęre.q̃ ab inteſt.
z d.§.hoc itaq;.
a glo.pe.d.auten.defuncto.
b d.§.ſi igit.ỹ.ſi ỹo.
c l ij §. hæreditas.ff. de iuris.
d §.cõſequens.cũ ſi. autẽ.de hæred.ab inteſta.
e Matheſil. in d.tractatu.
f l.fi.C.ad ſenat.tertul.cum ſi.
g §.ſi uero.autent. de hæred. ab inteſta.
h l.j.C.de bo.mater. cum ſi.
i §.finitur.Inſtitu. de uſufruct.
k l.ſi qs Titio.in pri. de leg.ij.
l Matheſil.in d.tractatu.
m arg.l.unicæ.C. qñ nõ pet.par.c.ij.§.ſi conſanguinea.ff. ad tertul.
n l.ſi quis.in princi. C.ad tertul.
o d.§.ſi igitur.
p Caſtrenſis d. autẽt. defuncto.
q §.j.autẽ.de hæredi. inſtitu.
r d.autẽ.defuncto.
s gl. pe.d.aut.defũcto
t ar.§.ſi ỹo neqꝫ.aut. de hęr.abinte.ueni.
u aũt.ut fra.fil.ĩ prĩci.
x l.quod ſi nepotes. ff. de teſta.tute.
y l.ij.§. ſi mr.ff. ad ter.
z l.j.C de bo.mater.
a Inſti.de leg.parẽ.tut.
b §.fi. autẽ. de hæred. ab inteſta.ueni.
c l.j.i pri.ff. de leg.tu.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

uel ex iuſta cauſa recuſet legato plerunq; priuatur.[a] Vnde multo magis pater, qui nõ adeo facile ſeſe à tutela excuſare poteſt.[b] Similiter mater, licet olim tutrix, niſi ex principis reſcripto, eſſe non poterat: [c] hodie tamen ſi uelit, eſſe poteſt:[d] quòd ſi nolit (non enim unquam cogitur[e]) ſucceſsione etiam teſtamentaria priuatur, [f] niſi idoneum tutorem[g] uel curatorẽ[h] filio impuberi, uel furioſo[i] non penitus egeno, intra annum, uel aliud tempus à iudice præſtitutum, [k] non petierit: uel etiam uentri, modò ſe prægnãtem eſſe ſciebat.[l] Et hęc nõ ſolùm in matre, ſed etiam in auia, proauiaq; locum habẽt.[m] Veruntamen ſi pupillus deceſſerit, poſteaquã pubes factus eſt : [n] uel ſi mater minor uiginti quinq; annis eſſet,[o] mortis mariti tempore: aut ſi pupillo legatum ea lege relictum erat, ſi tutorem non haberet: [p] his caſibus mater, quæ tutorem non petit, nihilo minus hæres eſt: ſicut & cùm pupilli bona, nõ ſuſcipiendæ tutelæ animo, ſed quaſi illius negotia gerẽs adminiſtrat,[q] maximè ſi hãc adminiſtrationẽ ſufficere exiſtimaret[r].

QVINTVS caſus eſt, quando parentes,[s] matrimoniũ ſecundo, tertio, uel deinceps,[t] contrahũt: nam licet pater per ſecundas nuptias, filij tutela nõ priuetur,[u] etiam ſi intra annum à morte uxoris (illam enim lugere nõ compellitur)[x] ſecundo nuptias contraxerit, etiã filij tutela non reddita: attamen obſtantibus his nuptijs, filio, in bonis à matre defuncta proueniẽtibus, nõ ſuccedit,[y] niſi in uſufructu, ſaltem eorũ bonorum (nam in omnibus alijs bonis etiam in proprietate ſuccedit)[z] quæ à coniuge illius, qui ad ſecundas nuptias conuolat, profecta ſunt. Illius enim[a] coniugis, & non aliorum, memoria quodammodo afficitur.[b] Similiter cùm contra binubos eædem ſint uiri & mulieris pœnæ,[c] mater ſecundò nubens in præfato tantùm ſuccedit uſufructu.[d] Imò ſi intra annum luctus, uel etiam poſt, (ſed ante tutelam redditam, quando tutrix erat) ſecundo nupſerit, in nullis bonis filio ſuccedere poteſt:[e] ſed nec alijs, niſi agnatis intra tertium gradum exiſtentibus.[f] Et hæc omnia locum habent, non ſolùm in matre, uel patre: uerùm etiam in alijs aſcendentibus, qui ſecundas contrahunt nuptias,[g] uel etiam poſt primum matrimonium luxuriosè uiuunt.[h] Si enim ob ſecundum matrimonium, pœna aliqua afficiamur, multo magis illa aduerſum luxurioſos procedere debet:[i] cùm proprietas bonorum à defuncto prouenientium, etiam poſteaquã quæſita eſt, illis auferatur, qui ad ſecũdas conuolant nuptias.[k] Porrò hic quintus caſus locum ſibi non uendicat, ſi filij huic ſecundo conſentirent matrimonio: [l] nam cùm in illorum, ex primo matrimonio natorum, fauorem priuetur ſecundò nubens, illis cõſentientibus nulla fit iniuria.[m] Sed etſi filius nullis fratribus relictis decedat, quãuis uiuo illo parens ſecundò nupſerit, nihilominus in omnibus bonis ſuccedet:[n] certum eſt etenim parentem ſecũdò nubentem, omnibus filijs, ſine liberis præmorientibus, ſuccedere debere,[o] modò teſtamẽtum non fecerint: nam ſcripti hæredes matri, cui legitima relicta fuit portio, ſemper præferuntur.[p] Et hoc quo ad parentum naturalium & legitimorum ſucceſsionẽ. Qui uerò ſunt legitimi tantùm, aut Adoptiui ſunt, aut Arrogatores: Adoptiui, ſi eos, quos adoptauerunt, in poteſtate habeant, ueluti ſi conſanguinei ſunt, perinde ſuccedere ſolent ac naturales & legitimi parentes.[q] Si illos in poteſtate non habent, tunc ſucceſsione priuantur.[r] Vnde matres in his caſibus, quibus ex principis reſcripto in ſolatium liberorum amiſſorum adoptant, ſuccedere ab inteſtato adoptatis, cùm illos in poteſtate non habeant, minimè poſſent.[s] Verùm cùm de correlatiuis idem ſoleat eſſe iudicium:[t] cur adoptiuus pater ei, quem in poteſtate non habet non ſuccedit, cùm uice uerſa, filius ille, etſi in poteſtate non ſit, ipſi patri adoptiuo, ab inteſtato, etiam ſi ſint alij legitimi & naturales, hæres ſit?[u] Reſpondet eleganter Bologninus,[x] patrem teſtamẽtum facere poſſe, in quo huiuſmodi filium adoptiuum præterire licet:[y] unde cùm teſtamentum non facit, tacitè uidetur illum unà cum reliquis ab inteſtato ſuccedere uelle.[z] At contrà filius adoptiuus, quoniam in patris naturalis remanet poteſtate,[a] teſtamenti factionem non habet,[b] unde hæredem legitimum, nimirum naturalem patrem, qui poteſtatis cauſa legitimus[c] eſt, habere debet. Si uerò Arrogator fuerit ille, omnia iura in arrogati bonis cõſequitur, quæ legitimus & naturalis pater: [d] modò arrogatus pubes deceſſerit: tunc enim cùm teſtamentum ſaltem in caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus bonis, facere poterat,[e] non faciendo,

a l.neſennius,§.de ex cuſ.tuto.
b l.amiciſſimos.§. fi. §.de excuſa.tuto.
c l.iij.§. ſi duo.§. de leg.tuto.
d §.fi.aut.de hæred. ab inteſta.
e Bar.l.mſ.C. quãdo mul.tutel. off.fung.
f l.ſciãt C.de leg.hęr.
g l.ij.§.ſi mater.uerſ. nõ ſolũ.ff.ad tertul.
h d.§.ſi mater.uerſic. quid ſi curatores.
i d.§.ſi mater.uerſic. quid ſi furioſo.
k d.l.ſciant.d.§ ſi mſ. uerſi.conſeſtim.
l d.§.ſi mſ.v̄ qd ſi cũ.
m d.§.ſi mſ.uer. quid ſi nepotibus.
n l.mſres.C.ad tertul.
o l.ij.C.ſi aduer.delı.
p d.§.ſi mſ.v̄. tractari.
q d.§.ſi mſ.v̄. q.ſi pſ.
r Bal.d.l.matres.
s §. & hæc cõmunis. auſ.de nupt.auten. ex teſtamẽto. C.de ſecun.nupt.
t glo.rub.C.de ſecundis nup.
u Bal.auſ.iſtdẽ.nu.8. C.de ſecun.nup.
x l. uxores.ff. de his qui not.infa.
y l.generaliter.C. de ſecũ.nup.§.quia uero cõtra binubos. auſ.de non eligẽ.
z §.cũ igitur aliquãdo.auſ.de nõ elig.
a §. hinc nos. auten. de nuptijs.
b §.proſpeximus.autent.de non elig.
c d.§.quia uero contra binubos.
d auſ.ex teſtamento, C.de ſecun.nup.
e auſ.eiſdem.C. de ſecund.nup.
f l.j.in fi.C. de ſecun. nup.
g Hoſtí. in ſum.de ſecund nupt.§.quare & qualiter.
h §.cũ igitur. auſ. de non elig.ſecũ.nub.
i arg.autẽ. multo magis.C.de ſacroſanc.
k l.fœminæ. in fi.C. de ſecund.nup.
l glo.v̄b.copulanſ.§. hęc conſtitutionib. auſ.de nõ elig.ſecũ.
m l.j.§.uſqueadeo .ff. de iniur.
n l.fœminę.in fi.C.de ſecun.nup.
o §.hoc autem.autẽt. de nõ elig.
p arg.l. quandiu.ij.§. de acquirẽ.hęredi.
q l.pe.§.ſi uero pſ.v̄. eiſq; acquiraſ.C.de adoptio.
r §.ſed hodie.Inſti.de adoptio.
s Bologn.in addit.ad Matheſila.
t l.fi.C.de iudic.uid.
u l.pe.§.& ſi quidem. C.de adoptio.
x Bolog.in addit. ad Matheſil.in 1. parte.numero 73.
y d.l.pe.§. ſed ne articulum.
z l.cõficiuntur.in prin.§.de iure codicil.
a d.l.penulti §.finautem.
b l.qui in poteſtate.§. de teſtamen.
c §.fin.Inſtitu.de legi.agnat.ſucceſsio.
d §.mortuo.Inſtitu.de acqui.per arroga.
e §.fina.Inſtitu.de militia.teſtamen.

ciendo, tacitè uidetur illam ſuccedere uoluiſſe: [a] quæ ratio ceſſat in arrogato impuberi, cui ideo ſuccedunt hi, qui uocarentur, ſi facta non fuiſſet arrogatio. [b] Sed quid ſi quis patrem naturalem, & matrem, item legitimũ patrem habens deceſſerit? Exiſtimauit Matheſilanus, matrem pro dimidia bonorum parte admittendam eſſe, duos uerò patres pro alia dimidia: [c] Bologninus contrà credidit, æqualiter ſuccedere debere. [d] Ego uerò puto, matrem quidem ſemper pro dimidia parte admitti: illi enim ex patrũ facto præiudicium adferri non potuit: [e] ſed eum patrem, qui defunctum in poteſtate habebat, in alia dimidia ſuccedere. [f] Si enim illa poteſtas hoc agat, ut filius patri ſuccedere debeat: [g] & uice uerſa operabitur, ut filio pater ſuccedat, ſi pubes deceſſerit. [h] Hęc que de legitimis parentibus: cùm uerò ſunt tantùm naturales, ſi ex damnato coitu liberos procreauerunt, illis nec; pater, nec; mater ſuccedit, ut nec è contrario, huiuſmodi filius iſtis parentibus ſuccedere poteſt: [i] alimenta tamen his parentibus, æquitate canonica ſecundum ea quæ ſupra declarauimus præſtare oportet. [k] Adeo autem inter iſtos parentes & liberos prohibetur ſucceſsio, ut nec legi municipali contrarium diſponenti ſtandum eſſet. [l] Imperator enim obſiſtit, quo minus tale introducatur ſtatutum. [m] Si uerò naturales filij non ex damnato coitu nati eſſent, ſed ex meretricio, uel concubinatu, iſtis matres ita ſuccedũt, ac filijs legitimis, [n] etiã ſi ſint illuſtres matres: [o] licet Gloſſa abſq; ratione contrariũ affirmauerit: [p] tametſi uice uerſa illuſtri matri non ſemper ſuccedant naturales filij: hoc enim nõ in matris odium, ſed in legitimorũ fauorem conſtitutum fuit. Patres uerò, naturalibus filijs ita ſuccedere poterũt, ſicut filios iſtos naturales, ad patrum ſucceſsionem uocari ſupra oſtendimus. [q] Quòd ſi pater & mater in huius filij naturalis hæreditate concurrant, ille in duabus uncijs, [r] hæc in decem, [s] ſi naturalis filius neque legitimam uxorem, neque filios legitimos haberet, uocabitur. [t]

HACTENVS de parentum ſucceſsione: Supereſt, ut de Tranſuerſis dicamus, inter quos liberis non extantibus, [u] uel etiam extantibus, ſed repudiantibus, [x] primo fratres & ſorores ex utroque latere prouenientes, [y] (qui etiam unà cum parentibus, ut ſupra docuimus, uocantur) fratribus ex uno tantũ latere coniunctis excluſis præferuntur: quinimo & illorum filij, patruos ſuos, qui defuncto fratres ſunt ex altero duntaxat latere ſuperare ſolent. [z] Succedunt autem ſorores utrinq; cõiunctę, etiam ſi ab earum patribus dotatæ fuerint, nec dotem illam conferre tenentur, [a] tametſi ad collationem obnoxiæ eſſent, ſi de patrum ipſarũ ſucceſsione ageretur. [b] Non refert item, an unus fratrum, qui ſuccedit, emancipatus ſit, & alter in poteſtate. [c] Verum ſi defunctus ipſe emancipatus eſſet, illius pater, uſumfructum tantùm, illius fratres, proprietatem conſequerentur. [d] Proinde animaduertendum eſt fratrum utrinq; cõiunctorum filios, non ſolùm (ut dixi) fratribus ex altero latere cõiunctis præferri, [e] uerum etiam patruis ipſius defuncti. [f] Verùm quoties concurrunt cum defuncti fratribus utrinq; coniunctis, non in capita, ſed in ſtirpes admitti debent: [g] non enim plus conſequi poſſunt, quàm eorum pater ſi uiueret. [h] At quid ſi plurium fratrum utrinq; coniunctorum ſoli filij uel filiæ ſupereſſent, nullis defuncti fratribus utrinq; coniunctis exiſtentibus? In ſtirpes non in capita, eos eſſe uocandos crediderunt Accurſius, Dynus, Cynus, Bartolus, Alexander, & plerique alij: [i] idq; multis argumentis probant: Primò quòd in linea deſcendenti, nepotes & pronepotes unà cum patruis ſuis in ſtirpes ſuccedant. [k] Sed reſpondendum eſt, Suitatem, quæ in nepotibus, pronepotibus ue, mortuis illorum patribus conſiſtit, hoc efficere. [l] Et ſi dixeris, Aſcendentes non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedere, [m] inter quos tamen nulla conſiſtit Suitas: unde idem in tranſuerſis, quamuis Suorum iura non habeant, affirmare poſſes. Replicabo, Aſcendentes in duas ſpecies, paternam, & maternam, non plures perſonas una quàm alia continens, diuiſos eſſe: qui inter ſe adeo ſeparati ſunt, ut ne affines quidem exiſtant. [n] Lex igitur inter illos hæreditatem in duas æquales partes diuidere uoluit: nec conſiderat, an plures paterni, uel materni ſint: naturam, (qua plures eſſe non poſſunt) magis obſeruans: [o] nec portionem alicuius pone materni deficientis, paternis acquiri poſſe conſtituit, cùm ne affines quidem ſint, ſed tantùm maternis, qui inter ſe affinitate ſunt proximiores. Secundò ſupraſcripti Interpretes autoritate Irnerij mouentur, ſcribentis, filios fratrum in ſtirpes ſuccedere: [p] Sed locus iuris, ex quo

Irnerius

a d.l.conficiuntur.
b §.cũ autẽ impubes. §ſi. & cum.Inſti.de nup.
c Matheſ.in d.tract. in ſecunda parte. nume.76.
d Bolog.ibid.in add.
e argu.tit.de ſucceſſ. feud.in princ.& de alien. feudi pat. in princip.
f l.de emancipatis.C. de legit.hęred.cũ ſi.
g §.j.Inſti.de hæred. quæ ab inteſta.
h arg.d.l.ſi.cum ſi.C. de Indic.uiduit.
i §.ſi.autẽt.quib.mo. nat.effi.ſui.
k ca.cum haberet. eẽ de eo qui ducit in matrimo.
l Barto l. teſtamenti factio §.de teſta.
m §.pe. autẽt. quibus mod.nat.effi.ſui.
n §.ſi.Inſtit.ad tertul. §.uulgo.& Inſti.de ſuc.cognat.
o arg.d.l.ſi qua illuſtris C. ad orñc.& l.ſi.C.de indic.uid.
p glo.d.§.ſi.Inſtit.ad tertull.
q §.j.Inſtit.de ſer.cognat.§.in quib' eñ caſib.autẽt. quibus mod.nat.effi.ſui.
r d.§.in quibus.
s §.fin.Inſtitu.de ſen. tertul.
t §.ſi quis aũt defunctus.autẽt.quib.modis nat.effi.ſui.
u §.ſi igitur defunct', j.autent.de hæred. ab inteſta.
x l.defunctis.C. de legit.hæred.
y §.ſi igitur.j.autẽt. de hæredib.ab inteſta.
z autẽt.ceſſante.C.de legit.hæredi.
a l.j.cum glo.ſi.C. de legit hæred.
b toto titu.§. de coll. dot.
c l.j.C.cõia de ſucc.
d l.de emancipatis.C. de leg hæred.
e autẽt.ut fratrũ filij. in princip. §.illud paſſ. autẽt. de hæred.ab inteſt.
g §.ſi igitur.ij.vñic.ſi autem.autẽt.de hæred.ab inteſta.
h d.autẽ.ut fratr.filij.
i Bart.l.ij.§.hæreditas j de ſuis & leg.
k §.cum filius.Inſtit. de hæred.quæ ab.
l §.ita demum.Inſtit. de hær.q ab inteſt.
m d.§.ſi igitur.uerſic. ſi autem eundem.
n patet in noſtra arbore conſang.
o arg.l.iij.§.de tutel.
p autent.ceſſante. in prin.C.de legit.hæredi.

Irnerius id deſumpſit,eſt attendendus:qui procedit,quãdo filij fratrum unà cum patruis uocarentur,[a] quo caſu in ſtirpes idcirco diuidenda eſt hæreditas, ne patruis ius quæſitum auferatur,[b] ſemperq; tunc fratrum filij,patrum perſonam repræſentant:[c] et ex illa,nõ ex ſe ſuccedere dicũtur.Sed hęc omnia ceſſant,ubi patrui non ſuperſunt.

Tertio argumentantur ex lege dicente,poſt fratres,fratrumq; filios,[d] alios ulteriores in capita admitti: ergo non fratrum filios,inquiunt.Verùm iſti non aduerterunt, legẽ dixiſſe: Poſt fratrũ filios, ſicut diximus, ulteriores in capita ſuccedere: non ne uerba illa (ſicut diximus) ad eum caſum referuntur, de quo prius loquutus fuerat? qui erat,quando fratrum filij non ſoli, ſed cum patruis ad hæreditatem defuncti aſpirabant. Quartò Bartolus aliam adfert rationem:[e] Nam inquit, ſi fratrum filij inter ſe in capita ſuccederent,id abſurdi ſequeretur, quòd hæreditas, cum patruis in ſtirpes,cum ipſis fratrum filijs in capita diuidẽda foret.[f] Sed Bartolus falſus eſt,quoniam aſcendentes ſi ſoli ſunt,in ſtirpes ſuccedent:[g] ſi cum fratribus defuncti, in capita.[h] Idem in filijs fratrũ dico: ſi ſoli ſunt,in capita ſuccedẽt: ſi cum patruis, in ſtirpes.

Poſtremò addidit Bologninus,[i] hæredes noſtros eodẽ modo alicui ſuccedere debere, quo nos ipſi ſuccederemus:[k] adeo ut etiam ſi in teſtamento filij fratrum inſtituerentur,non aliter eos ſuccedere poſſe arbitratus eſt Boërius, quàm in ſtirpes:[l] quoniam teſtator in dubio ſuos hæredes ſecũdum legis diſpoſitionem inſtituiſſe præſumitur.[m] Sed ſi hæc perpetua eſſent, cur fratrum nepotes in capita ſuccedunt, ſi illorum nepotum patres in ſtirpes uocentur?[n] Contrariam igitur ſententiam ego cum Azone,Saliceto,Zaſio & paucis alijs ample ctor: ut hi duorum fratrum filij non in ſtirpes, ſed capita ſuccedere debeant: hoc enim aperte profitentur Iureconſultorum reſponſa,[o] Imperatorum conſtitutiones,[p] necnon ipſe Iuſtinianus,[q] & huius clariſſimus interpres Theophilus.Quid igitur? uno uerbo in Nouellis cõſtitutionibus re poſito,tot ueterum opiniones correctas adfirmare audebimus?[r] proculdubio temerarium eſt,cùm etiã & Nouellæ conſtitutiones repugnent: nam loquuntur in caſu, quo fratrum filij cum patruis uocantur.[s] Vbi igitur ſoli erunt,ius antiquum manet incorrectum,ut ſcilicet ibi in ſtirpes, hîc in capita ſuccedant.Manifeſta eſt differentiæ ratio,[t] quoniam ubi cum patruis ueniunt,quia uno gradu ſunt remotiores,[u] non ex perſona ſua,ſed patrum ſuorum, qui cum patruis in eodem gradu erant, ſuccedere dicuntur:[x] non igitur plus conſequi poſſunt, quàm patres eorum habituri erant.[y] Vbi uerò ſoli ſunt ſine patruis,tunc omnes ex ſua perſona uocantur,nec patres repręſentant, cùm inter eos nulla cõſiſtat Suitas: unde neceſſe eſt, eos æqualiter hæredes eſſe.Aliud eſt in deſcendentibus,inter quos prioribus deficiẽtibus perpetua eſt Suitas,[z] & anteceſſorum repręſentatio: quoniam illis magis quàm cæteris,naturali uoto debita eſt hæreditas.[a] Sed obijcies fortaſsis,Si inter tranſuerſos nulla reperiatur Suitas,cur ergo fratris filius unà cum patruo ſuccedit,patris ſui perſonam repræſentans?[b] Reſpondeo,Tranſuerſos inter ſe iura ſuitatis non habere, ut ſunt fratres, filij fratrum: reſpectu uerò habito ad patruum,ſunt liberorum loco:[c] unde filius fratris mei, licet ſit mihi in tertio gradu,in hæreditate mea præfertur patruo meo,[d] licet & hic in tertio quoq; gradu mihi ſit. Hinc etiam ſororis proneptem, licet in quinto gradu mihi ſit,uxorẽ habere nõ poſſem,quia ſum illi in patris locũ,[e] cùm tamen cõſobrinam meam,quamuis quarto gradu mihi ſit, uxorem (iure ciuili non pontificio loquor) ducere poſsim.[f] Fratrum igitur filij,qui inter ſe conſobrini ſunt,[g] in capita uocantur: nam & fratrum nepotes,uel pronepotes,non aliter ſuccedere poſſent.[h] Adde hos fratrum filios obſtare,ne aſcendentes in ſtirpes (quod facerent ſi ſoli eſſent)[i] ſuccedant,[k] ſed tãtùm in capita. Vnde multò magis impedire debẽt,ne inter ſe ipſos ſit in ſtirpes ſucceſsio, cùm aſcendentes & ratione ordinis, (aſcendentium enim ordo tranſuerſo ordine potior eſt) & ratione gradus[l] (ſiquidem auus, proauus,ſunt in tertio, & ſecundo gradu filij, uel nepotes fratrum in tertio & quarto) anteponendi ſunt. Poſt fratres itaque qui ex utroque latere coniuncti ſunt, & fratrum illorum filios, ſucceſsionis locus datur fratribus ex altero latere coniunctis:[m] & ſimul cum his filij aliorum fratrum ex uno latere coniunctorum, ſi defuncti ſunt,uocantur; ſed in ſtirpes,quando cum patruis: in capita, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt. Verùm

a d.§.ſi igitur.ij.
b arg.l.id quod noſtrum.de reg. iur.
c d.§.cũ filius. in fi.
d §.ſi uerò neq;.autẽ. de hær. ab inteſta.
e Bar.d.l.ij.§. hæreditas.
f arg.l.qui cõplures. ff.de uulg.
g d.§. ſi igitur.ỳ.ſi.ſi autem eundem.
h d.§.ſi igitur.ỳ.ſi uero.
i in addi. ad Mathe ſila.
k c.cũ quis.de reg.iuris.in 6.
l Boërius in j. conſ. poſt reg.Dyni.
m arg.l. peto. §. fratre,cũ ſi.ff.de leg.ij.
n Zazi.in ſuis intell.
o l.ij.§. hæreditas.ff. de ſuis.l.j.§. fi.ff. ſi pars hæred.pet.
p l.pe.circa fi.ỳ.illo. C.de legi. hæred.
q §.hoc etiam.in fin. Inſtit. de legit.agn. ſucceſ. & ibi latius Theophilus.
r d.§.ſi igitur.ij.autẽ. de hæred.ab inteſt.
s d.§.ſi igitur. ỳ. ſed & ipſis.
t Zazius in ſuis intel.poſt Azo.in ſũma.C. de leg.hær.
u §.tertio gradu.cum ſeq.in fi.ff.
x d.§.cũ filius.in fin.
y Auten. ut fratrum filij.in princ.
z d.§.ita demum.
a l.ſcripto. in fin.ff. unde cogn.
b d.auten.ut fratrum filij.cum ſim.
c l.ſororis.ff. de ritu nupt.
d d.§.illud palã.aut. de hær. ab inteſta.
e d.l.ſororis.
f §.duorum.Inſtit.de nupt.
g §. quarto gradu.in n. eadem l.
h d.§.ſi vo neq;. aut. de hær.ab inteſta.
i §.ſi igit.j.ỳ. j. aut. de hær.ab inteſta.
k d.§.ſi igitur.ỳ.ſi uero.
l Aut. de hæred. ab inteſta. in princ.
m §. ſi igitur. ij. aut. de hæred.ab inteſt.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tamen in bonis maternis (materna intelligo omnia, quæ à matre,auo materno,& aliis maternis aſcendentibus [a] prouenerunt : nõ quæ ab auunculo, matertera, & aliis maternis tranſuerſis) [b] fratres uterini uel illorum filij præferuntur : ſicut & uice uerſa,in paternis,conſanguinei fratres, illorumq; filij uterinis anteponuntur : [c] tametſi fratres utrinq; coniuncti,fratribus uterinis etiam in bonis maternis potiores habeantur.[d] In aliis uerò bonis,quoniam agnationis & cognationis ſublata eſt differentia,[e] frater uterinus cum conſanguineo concurrere ſolet.[f] In bonis igitur in quibus concurrũt,quilibet pro hæreditaria portione & agere & cõueniri poteſt. [g] In aliis bonis, ubi ſoli ſuccedunt,ſoli experiuntur,& ſe defendũt.[h] Proinde ſi nulli ſint neq; fratres, neq; filij fratrum,qui gradu proximiores erunt,in capita uocari ſolent,[i] reiecta prorſus maſculini & fœminini ſexus,item agnationis & cognationis differentiæ.[k]

SED quid de illegitimis tranſuerſis? (ſupraſcripta enim in legitimis ſibi locum uendicant) Si ſint ex damnato coitu nati,nunquam ſuccedunt : [l] imò nec quicquam illis in teſtamento relinqui poſſet,[m] tametſi quilibet extraneus inſtitui poſſit.[n] Si uerò ex damnato coitu nati non fuerint,coniunctis paternis non ſuccedunt,[o] quia nec coniuncti paterni his illegitimis ſuccedere quirent. [p] Si tamen ob id illegitimi eſſent,quòd metu aliquo iuſto contractum non fuiſſet matrimoniũ,hos perinde ad hæreditatem plerique admittunt,ac ſi legitimi eſſent.[q] Quinimo ego indiſtinctè puto, inter illegitimos tranſuerſos (dum ex coitu damnato nati non ſint) ſucceſsioni locum eſſe : [r] & potiſsimum inter maternos tranſuerſos.[s] Fatendum eſt tamen, eos qui ex utroq; latere cõiuncti erũt,præferri aliis,ſicut de legitimis ſupra diximus.[t] Vbi uerò pater naturalis,mater,& frater cõcurrent,iſti decem uncias, illæ duas duntaxat conſequerentur : etiam ſi unus tantùm frater,uel uterinus,ſuperſtes cum illo eſſet.[u]

SED quid in Tranſuerſis,per adoptionem ſolummodo coniunctis? Reſpondendum eſt,inter eos,& adoptantis non cognatos,[x] ſed agnatos,ſucceſsionẽ eſſe:[y] Vnde adhuc hoc caſu hodie manet agnationis & cognationis differentia. Et iſta uera ſunt, modò adoptatus in adoptantis trãſiuerit poteſtatem,neq; diſſoluta ſit adoptio.Diſſoluta autem minimè cenſetur per adoptantis mortem,aut capitis diminutionẽ: [z] tametſi ſecus ſi adoptatus ipſe capite minutus fuerit.[a]

INTER Naturales quoq; tranſuerſos,qui aliquo modo legitimi facti ſunt, eſt ſucceſsio,[b] modò per curiæ oblationem legitimi facti non ſint : tunc enim inter patrem duntaxat,& eum qui legitimus factus eſt,datur ſucceſsio.[c]

POSTREMO ſciendũ eſt, Tranſuerſos cuiuſcunq; qualitatis fuerint,non ultrà decimum gradũ uocari,[d] quippe poſt hunc gradum,maritus & uxor iure prætorio, ſibi inuicẽ ſuccedunt,[e] fiſco excluſo :[f] imò etiam eccleſia,ſi clerici ſit uxor.[g] Verùm tamen ut hæc ſucceſsio ſibi locum uendicet, iuſtũ debet eſſe matrimonium.[h] Vnde concubinatus,aut meretricium,ſucceſsionẽ hanc excludit : ſimiliter & ſponſalia non præſentia,ſed futura. [i] Debet item mortis tempore eſſe matrimonium.[k] Vnde ſi fiat thori ſeparatio,ille,cuius culpa facta erit,non alter,ſucceſsione hac priuabitur : uel etiam uterq;,ſi utriuſq; adſit culpa : ſi neutrius (ueluti cùm ob caſtitatis mutuũ uotũ ſeſe ſeparant) neuter ab alterius hæreditate excluditur,[l] præterquã in feudo, in quo neuter alteri unquam ſuccedere poteſt.[m] Addebat Vbaldus,Vxorem,ſi intra annum luctus ſecũdo nuberet,ſucceſsione priuari.Sed cùm hæc ſit inter maritum & uxorem mutua ſucceſsio,[n] poſſitq; maritus intra annũ ſecundò matrimonium contrahere,nõ putarem Vbaldi ſententiam procedere poſſe : cùm correlatiuorum, ibi diuerſa non ſubſiſtit ratio,[o] eadem ſit natura.[p] Proinde aduertendum eſt hodie, quòd ſi matrimonium ſit abſque dote, & alter coniugum præmoriens locuples ſit,alter ſuperſtes pauper, hic unà cum liberis communibus,aut alterius matrimonij, in quartam partem, ſi tres aut pauciores, uel pro uirili, ſi plures ſint,admittitur : quod latius à doctoribus explicatur.[q] Sed & ex lege municipali per totam penè Galliam in bonis,cõſtante matrimonio quæſitis, pro dimidia etiam proprietatis portione,alter coniugũ, quaſi illa acquiſiuerit,accipere ſolet.[r] Poſt hãc mariti & uxoris ſucceſsionẽ,ſi neuter ſuperſtes fuerit,[s] nullus alius adfinis ſuccedere poteſt: [t] ſed fiſcus bona ceu uacãtia occupat: niſi[u] defunctus aut imperialis liberalitatis ſocius eſſet,[x] aut alicuius collegij collega,

a l.ij.C.de bo.mat.l. quod ſcitis.C. de bon.quæ lib.
b d.l.ij.de bo.mater.
c l. de emancipatione.ỹſi. exceptis.C. de legit.hæred.
d gl. auten. poſt fratres autem.C.de legit.hæred.
e §.nullam.auten. de hæred.ab inteſta.
f gloſ.fi.auten. itaq;. C. coĩa de ſucceſ.
g l.ij.C.de hær. actũ. cum ſimil.
h d.ỹ.exceptis.ỹ.eos ſolos uocari.
i d.§.ſi uero neq;.auten. de nær.ab inte.
k d.§.nullam.
l §.fi.auten.quib.modis nat.effic.ſui.
m Matheſi. i d. tract.
n l.extraneum. C. de hæred.inſtit.
o §.filiũ.autent.quib. mod.nat.effic.ſui.
p l.ſi ſpurius.§. unde cognati.
q Bolog. in addit.ad Matheſil.
r l.ij.§.unde cognati.
s §.uulgo.Inſtitut.de ſucc.cogn.
t d.§. ſi igitur.ij.
u Math.in ultima ꝓte num. 145.
x l.iiij §.in adoptionem.ỹ.
y l.pe.§ ſed ut articulum.C.de adopt.
z l.ſi is qui nepotes. ff.de adopt.
a §.fi. Inſtit.quib.modus patr.poteſt.
b Doct.d.c. tanta. in c.per uenerabilem, qui filij ſint legit.
c l.cõmunium. C. de nat.lib.
d §.ii.Inſti.de ſuc.co.
e l.unica. in princ.§. ſi trab.teſta.nul.
f l.j.C. uñ uir & ux.
g l.ſi quis preſbyter. C.de epiſc. & cler.
h l.j.ỹ.uñ uir & uxor.
i c.in illis.de deſpõſ. impub.lib.6.
k d.l.j.ỹ.uñ uir & ux.
l arg.l.ſi ab hoſtib⁹. §.ſi uir uxorem cũ gloſ.§. fol. mair.
m Vbald.& Marhe. in dictis tractati.& Doct.in l.j.C.unde uir & uxor.
n c.j.an maritus ſucc. uxor.in feud.
o d.l.j.ỹ. uñ uir & u.
p l.uxores. ff. de his qui not.infam.
q l.fi.C.de indic.uid.
r Auten præterea.& ibi doct. C. unde uir & uxor.
s paret in cõſuet.gallıæ.

t l.affinitatis.C. cõia de ſucceſ.
u l.j.l.uncantia. C.de bon.uacan. lib x.
x l.unica.C.ſi imper. hb.lib.xij.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

collega,[a] uel peregrinus in peregrinatione moriẽs.[b] Similiter clerico, in patrimonialibus bonis, deficientibus cognatis succedit ecclesia, fisco excluso.[c]

POSTREMO hîc referre iubet eos casus, quibus succedentes ab intestato hæreditarię successionis incapaces reperiuntur: In primis, si maximam, aut mediam capitis diminutionem passi sunt, ut in metallum damnati, uel deportati:[d] Relegati uerò siue in perpetuum, siue ad tempus, & omnia bona sua (nisi per sententiam specialiter auferantur)[e] retinẽt,[f] & filios in potestate habere nõ desinunt:[g] & istis, qui hoc tempore proscribuntur, ab Interpretibus æquiparari solent:[h] nisi esset in certum locum relegatio perpetua:[i] illa namq; Deportatio[k] est. Secũdò, si quis criminis lęsæ maiestatis reus inuentus fuerit, filium hæredem sibi habere non potest,[l] neq; nepotem, siue legitimum, siue illegitimum. Alij tamen agnati, nõ fiscus, succedere debẽt:[m] quoniam lex illius delinquẽtis filios duntaxat ab hæreditate facit alienos.[n] Vnde cùm si lij hæredum nominibus indigni sint,[o] fiscus repellitur, qui aliàs non succedit, nisi is cui aufertur hæreditas, hæredis nomen habeat:[p] præterea quod ob alienum delictũ aufertur, fisco applicare non oportet.[q] Tertiò qui hæreti corũ fautor est, atque defensor, nec intra annum pœnituit, ipso iure incapax existimatur,[r] tametsi alio excommunicato, & si per annum in excommunicatione permanserit, lex hęredi nõ auferat.[s]

QVARTO, monachi qui paupertatem uouerunt, & diui Francisci regulã sunt amplexi, omnium bonorum fiunt incapaces,[t] etiã si post professionẽ episcopi uel Cardinales efficerentur.[u] Alij uerò religiosi non prorsus sunt incapaces, nam res immobiles uẽdere possunt,[x] & sibi ipsis necessitate urgẽte subuenire: Imò regulares canonici, cõmunia inter se bona, sed nõ unicuiq; propria, habere possunt:[y] excepris Cisterciensibus, qui ne in communione quidem, quicquam retinere possunt.[z] Quæ omnia à iuris Pontificij interpretibus diffusius explicantur.[a]

a l.j.C.de hær. decu. lib.x.
b Auten. omnes peregrini. C. cõia de succeſſ.
c not.c.j.& ij.de ſuc. ab inteſta.
d l.j.C.de hær.inſtit.
e l.deportatorum.C. de pœnis.
f l.relegatorum.§.ad tempus.ff. de inter dic.& releg.
g l.iiij.ff.eo.tit.
h l.iiij.C.de iure fil. lib.x.
i l.exiliũ. de interd. & releg.
k l.relegatorũ.§. hæc eſt.eo.tit.
l l.quiſquis.§.j.C.ad l.Iul.maieſt.
m Doct.d.l.quiſquis. §.j.
n d.§.j.
o d.l.quiſquis. §. ad filias.
p l.his cõſequenter. in princ.ff.fa.erciſ.
q l.eam quam.C. de fideicom.
r c. excõmunicamus. §. credẽtes. de hær.
s cap.decernimus. de ſenten.excom.in 6.
t cle.exiui.de uer.ſig.
u glo.uerb.mendicãtium.c. quorũdã. de elect.in 6.
x gloſ.uerb domum. c.j.de relig.do.i 6.
y c.nõ dicatis. xij.q. j.l.deo nobis.C.de epiſc.
z c.recolentes.de ſta. monacho.
a cle. profeſſores. de regul.cum ſim.

PRIMO gradu sunt suprà, pater, mater: infrà, filius, filia.

IVRE Pontificio omnes istę personæ, quoniã una caro sunt, ut supra docuimus, gradus non faciunt: licet Accursius repugnet, cuius sentẽtia iure ciuili uera est, quo non nisi hæ quatuor personæ in primo gradu esse possunt. Nã quamuis possint esse plures filij atque filiæ, illi tamen numerum non augent, cùm inter se non differant.[b]

b l.fi.j.§. primo gradu.

SECVNDO gradu sunt suprà, auus, auia: infrà, nepos, neptis: ex transuerso, frater, & soror.

OMNES isti iure canonico sunt in primo gradu. Sunt autem duodecim: auus paternus, auus maternus, auia paterna, auia materna, nepos, & neptis ex filio, nepos & neptis ex filia, frater cõsanguineus, frater uterinus, soror cõsanguinea, soror uterina.[c]

c l.fi.§. secundo gradu.j.

TERTIO gradu sunt suprà, proauus, proauia: infrà, pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris sororisq; filius, filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera.

IN hoc terio gradu sunt triginta duæ personæ, proaui quatuor, pater aui paterni, pater auiæ paternæ, pater aui materni, pater auiæ maternæ: tot sunt proauiæ. Pronepotes itẽ sunt quatuor: filius agnati nepotis, filius agnatę neptis, filius cognati nepotis, filius cognatæ neptis: tot sunt proneptes filij & filiæ fratris & sororis sunt octo: natus & nata ex consanguineo, natus & nata ex consanguinea, natus & nata ex uterino, natus & nata ex uterina. Duo sunt patrui, patris frater consanguineus, aut uterinus: duæ amitæ, patris soror consanguinea, & soror uterini: duo auunculi, matris frater consanguineus, & frater uterinus: duæ materteræ, matris soror consanguinea, & soror uterina.[d]

d §.tertio gradu.j.l. fin.

QVARTO

QVARTO gradu ſunt ſuprà, abauus, abauia: infrà, abnepos, abneptis: ex tranſuerſo, fratris ſororiſq; nepos, neptis: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id eſt, aui frater, ſoror. auunculus magnus, matertera magna: id eſt, auiæ frater, ſoror. Item fratres patrueles, ſororesq; patrueles: id eſt, qui, quæ'ue ex duobus fratribus progenerantur. Item conſobrini, conſobrinæ: id eſt, qui, quæ'ue ex duabus ſororibus naſcuntur, quaſi conſororini. Item amitini, amitinæ: id eſt, qui, quæ'ue ex fratre & ſorore propagantur. Sed uulgus ferè omnes iſtos communi appellatione conſobrinos uocat.

IN hoc quarto gradu perſonæ continentur octoginta. Abaui octo, nimirum patres proauorum, & proauiarum: abauiæ ſimiliter octo, iſtorum matres. Abnepotes & abneptes ſedecim, uidelicet filij & filiæ pronepotum, & proneptum. Sedecim fratris & ſororis nepotes, & neptes: patrui magni quatuor, tot amitæ magnæ, tot auunculi magni, tot materteræ magnæ. Patruorum & amitarum, auunculorum & materterarum filij, atque filiæ ſedecim.[a]

a §. quarto gradu. l. fin. ff.

QVINTO gradu ſunt ſuprà, atauus atauia: infrà, atnepos atneptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis pronepos proneptis: & conuenienter propatruus, proamita: id eſt, proaui frater, & ſoror. Proauunculus, promatertera: id eſt, proauiæ frater, & ſoror. Item fratris patruelis, ſororis patruelis filius, filia: & ſimiliter conſobrini conſobrinæ: item amitini amitinæ filius, filia: propius ſobrino, propius ſobrina. Iſti ſunt patrui magni, amitæ magnæ, auũculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

LEX II. VLPIANVS.

HOC eſt patris matris'ue eius, de cuius cognatione quęritur, conſobrinus conſobrina: ſiue frater patruelis, uel amitinus ſoror patruelis uel amitina.

b §. quinto gradu. l. fin. ff.

HOC quinto gradu[b] licet Haloandri lectione centum octoginta quatuor duntaxat reperiantur, attamen ex ipſa dinumeratione centum & nonaginta duæ ſunt perſonæ. Atauí & atauiæ, qui ſunt triginta duo: & totidem atnepotes & atneptes. Octo propatrui, tot proamitæ, tot proauunculi, tot promarteræ. Triginta duo propiores ſobrini, & propiores ſobrinæ. Filij & filiæ conſobrinorum & conſobrinarum triginta duo: & totidem fratris & ſororis pronepotes & proneptes.

LEX III. CAIVS.

SEXTO gradu ſunt ſuprà, tritauus tritauia: infrà, trinepos trineptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis abnepos abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita: id eſt, abaui frater, & ſoror: abauunculus, abmatertera: id eſt, abauia frater, & ſoror. Item patrui magni, amitæ magnæ: auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis. Item fratris patruelis, ſororis patruelis, conſobrini, conſobrinæ, amitini, amitinę nepos neptis.

Item,

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Item propatrui,proamitæ,proauunculi,promateterteræ filius, filia.qui uerò ex fratribus patruelibus,aut consobrinis,aut amitinis undiq; propagantur,ij propriè sobrini uocantur.

IN sexto gradu continentur personæ quadringentæ quadraginta octo : tritaui tritauiæ sexaginta quatuor : totidem trinepotes & trineptes : tot abpatrui, abamitæ, abauunculi,abmateterteræ : tot sobrini & sobrinæ : tot propiorum sobrinorum,& propiorum sobrinarum filij atque filiæ : tot consobrinorum atq; cõsobrinarum nepotes & neptes: tot fratris,& sororis abnepotes & abneptes.[a]

a §.sexto gradu,l.fi.ff.

IN septimo gradu quàm multæ esse possint personæ,ex his,quæ diximus,satis apparet.

SVNT enim (inquit Paulus) mille uiginti quatuor.[b]

b §.septimo gradu,l. fin.ff.

ADMONENDI tamen sumus,parentũ,liberorumq; personas semper duplari. auum enim & auiam,tam paternos,quàm maternos intelligimus : Item nepotes neptesq; tam ex filio, quàm ex filia. quam rationẽ scilicet deinceps in omnibus gradibus suprà infraq; sequemur.

CERTVM est superiores,& inferiores rectos semper duplari : quod idem est in transuersorum liberis.Sed & transuersi parentes,in secũdo gradu similiter duplantur,in reliquis gradibus,in singulis personis eorum, qui sunt superiores recti , quadruplantur.[c]

c patet in arb. nostra consang.

LEX IIII. MODESTINVS.

NON facilè autem,quod ad nostrum ius adtinet,cùm de naturali cognatione quæritur,septimum gradum quis excedit : quatenus ultra eum ferè gradum rerum natura cognatorum uitam consistere non patitur.

ADDVNT Pontificij hanc rationẽ,quòd ut mũdus sex ætatibus finit,ita et graduum cognationis computatio.[d] Verùm & aduersus Pontifices,& aduersus Modestinum , pleraq; leges facere uidentur : quibus cauetur, & ad octauum usq; gradũ,[e] & ad decimum usq; successioni locum esse.[f] Sed respõdendum est, legem nostram in naturali cognatione procedere,[g] id est,in his,qui natura tantùm sunt cogniti : ut sunt cognati,per fœmininam lineam coniuncti.[h] In agnatis uerò, qui à lege duodecim tabularũ uocantur,lex nostra cessat.[i] unde uulgatũ est illud,Inter superiores & inferiores,in infinitum cognationẽ protendi.[k] Similiter & transuersos agnatos,etiam si prætorio iure succedere uellent,ad decimum usq; gradũ admitti certum est : [l] cognati uerò sextum gradũ nõ excedunt,nisi is qui ex sobrino sobrina nascitur fuerit,qui quãuis in septimo gradu existat,quia quodammodo propinquior est,[m] adhuc à prætore uocatur.[n] Differentiæ autem ratio,quare agnatus remotior, quàm cognatus admittatur,ex textu nostro colligitur : quoniã cognatorũ iura naturalia sunt : [o] natura autem neminẽ ultra septimũ gradũ uiuere permittit. [p] Iura uerò agnatorũ ciuilia sunt,[q] unde à iure ciuili in infinitum protendi potuerũt, quemadmodũ & ab eodem iure in certis casibus coarctantur.[r] In primis in patroni agnatis,quos usq; ad quintum duntaxat gradũ uocare uoluerunt.[s] Item in restitutionibus fideicõmissi,quæ usq; ad unũ gradum cõsistunt.[t] Similiter in feudo, agnati usq; ad septimũ tantum gradum uocantur : [u] nisi feudi iurisdictio esset,[x] aut illustris alicuius,puta comitis successio: [y] aut tale feudũ,quod ab acquirẽte nõ statim ad agnatos trãsuersos deuoluitur: sed ad rectos.

d c. consanguinitas. 35.q.4.
e l.octaui,ff. uñ cogn.
f §.fi.Instit.de suc.co.
g ut hic,uerb. cum de naturali
h §.atqui. Institu. de leg.ag.tutel.
i d.§.fi.d.l.octaui.
k §.ergo.Inst.de nup.
l d.§.fi. Instit.de suc. cogna.
m gl.fi.§.fin.Instit.de succ.cog.
n l j.in princ.ff.unde cogna.
o §.sed agnationis.Instit.de leg.ag.tutel.
p ut hic.
q d §.sed agnatiõis. et ibi Iarius Theop.
r arg.l.nihil tam naturale.de reg.iur.
s §.multis. Institu.de suc.libert.
t Auten.de restit.fid. licet corruptè aliter legatur.
u c.j.§ hoc autem.qui feud.dare.
x Bald.l.unica. colũ. pe.C.quãd.nõ pet.
y Bald c.j.§. capitanei.de feud.mar.

c Ab

Ab his enim,ad tranſuerſos in perpetuũ tranſmitti ſolet : [a] & hoc modo intelligenda eſt aliquorũ ſententia,exiſtimantium in infinitum agnatos in feudi ſucceſsione admittendos.[b] Alius eſt caſus,in quo agnati nõ ultra tertium gradum ſuccedunt : illi uidelicet,qui his,qui inceſtas nuptias contraxerunt,proximos ſe eſſe affirmãt.[c] Sed hîc dubitari poteſt, an hæc pœna , cum à iure tantum ciuili introducta ſit,locum habeat in nuptijs,quæ iure tantũ ciuili inceſtæ iudicantur : an & in his,quæ tantum iure canonico inceſtæ reputantur : ut cùm duorum fratrum filij matrimonium contrahunt.[d] Quidam cõtendebant, eos tantùm pœnæ obnoxios eſſe, qui ipſam legem ciuilem duntaxat offendunt.[e] Sed contraria opinio receptior eſt : [f] quoniam ciuili diſpoſitioni ſtandum eſt,ubi expreſſa non eſt in cõtrarium iuris canonici diſpoſitio : [g] cùm enim de delicto canon diſponat,non de pœna,in conſequentiam de pœna antiqua diſpoſuiſſe exiſtimatur.[h] Alio caſu non admittuntur,niſi uſq; ad quintum gradum : militis delinquentis nõ ſolùm cognati,ſed nec agnati.[i] Et ſi dixeris hîc agnationis & cognationis differentiam confundi.Reſpondet Iaſon,[k] ob id eſſe,quòd in militis teſtamento ſolùm ius gentium ſeu naturale attendatur,[l] quo iure ſexus differentia non conſideratur.[m] Sed hæc parum firma eſt Iaſonis reſponſio,cùm,hîc loquamur de militis inteſtato defuncti ſucceſsione: [n] præterea planè falſum eſt,in militibus iura agnationis & cognationis nõ conſiderari.[o] Dicendum eſt igitur ciuilem legẽ hoc caſu agnationis & cognationis differentiam,cùm illam introduxerit,tollere potuiſſe, quemadmodum & in pleriſq; alijs caſibus.[p] Sed rurſum obijciet aliquis,cùm militibus magis,q̃ paganis faueatur,[q] cur in militũ ſucceſsione ita gradus coarctatus eſt? Quod reſpondebat Iaſon,caſum noſtrum in militibus caſtrenſe peculium habẽtibus procedere,in quo quoniam à principe prouenit,facilius fiſcus admittitur : [r] non iniuria à Decio reprehenſum eſt : tum quia hoc peculium maiore priuilegio inſigniatur,firmiusq; eſt, quàm ſi aliunde quæſitum eſſet : [s] & potiſsimùm , quòd ea quæ à principe proueniunt latiſsimè interpretari debeant.[t] Adde & hoc peculium nõ ſemper à principe proficiſci.Rectius igitur reſpondet idem Decius,caſum noſtrum locũ ſibi uendicare in milite,qui militari delicto damnatus eſt : [u] quo caſu ſicut de caſtrenſibus bonis adhuc teſtari poteſt,[x] ita & ab inteſtato hæredẽ habere : ſed non niſi uſq; ad quintum gradum.Porrò hodie,quia inter agnatos & cognatos ſublata eſt differẽtia,[y] omnes tam agnati quàm cognati,uſq; ad decimũ gradum hæredes eſſe poterũt,[z] quod in cognatis uerũ eſſe Salicetus credidit,ſi illi nõ beneficio prætoris antiquo,ſed Nouella iuris ciuilis cõſtitutione ſuccedere uellent : [a] alioqui ſibi imputare debent, quòd ueterem uiam eligere maluerunt.[b] Sed Alexãder Saliceto repugnat, inquiens, quocunq; modo ſuccedatur,ſublatã eſſe agnationis differẽtiam. [c] Nam ſi ſucceſsioni prætorię derogatũ nõ eſſet,ſuperuacuè (inquit)remota eſſet agnatiõis differẽtia,cùm ſemper agnatus remotior,per caput Vnde agnati proximiorẽ cognatũ excluderet,[d] Præterea (ait idem) cùm iure ciuili hodie cognati ſuccedant,[e] bonorum poſſeſsione unde legitimi experiri poſſunt : [f] & ita unà cùm alijs legitimis ſuccedere,etiam prætorio iure.Sed his omnibus augmẽtis reſpõdet Decius (qui Salicetũ ſequitur) quòd cùm fauore agnatorum ſublata ſit differẽtia agnationis, quocunq; modo ſuccedatur, id eſt ſiue ab inteſtato,ſiue ex teſtamẽto,hoc ita accipiẽdum eſt, ſi cognati huiuſcemodi beneficio uti uelint,uel quia iure ciuili ſuccedãt,uel iure prætorio per bon.poſſeſſionem Vnde legitimi (nam hanc tantũ habent qui à iure ciuili uocantur) quòd ſi bonorum poſſeſsionẽ unde cognati agnoſcant : ſibi,inquit Decius, imputare debent, q̃ ueterem uiam eligunt.[g] Quod ego uerũ puto,ſi appareat illos alijs iuribus ſibi competentibus renuntiare uoluiſſe : poſſunt enim beneficio pro ſe introducto renuntiare,[h] ſed ex eo quod bonorum poſſeſsionem Vnde cognati intendunt,nõ ſtatim cõijcere debemus,eos ciuili beneficio renũtiare uoluiſſe : [i] & idcirco in caſu dubio Alexandrũ potius ſequerer. At hîc rurſus dubitari poteſt, an in caſibus ueterũ legũ, ſpecialem rationem agnationis habentibus,ſublata ſit hodie differentia: & uerior eſt cõmunis ſententia,nõ eſſe.[k] lex etenim noua,generaliter loquẽs,in ſpecialibus antiquis caſibus locum ſibi nõ uendicat : [l] & maximè ſi pœnales ſint,ut in his,qui inceſtas cõtrahunt nuptias : in illorũ enim fauorem lex noua nuſquam extendi poteſt.[m] Idem eſt in caſtrenſi peculio eius militis,qui militaris delicti reus eſt. Adde quòd lex noua,agn

a c.j.de nat.ſuc.feud.
b gloſ.uerb,uſq; c.j. de ſucceſ.feud.
c l.ſi quis inceſti.C. de inceſt.nupt.
d c.quędam.35.q.5. §.duorum.Inſtit.de nupt.
e Vulg.l.gracchus.C. de adult.
f Decius.l.fi.C.unde legit.
g c.j. & ij. de no.op. nuntiat.
h l.j.in princi ℣. ſed non uticq.ff.ad tur.
i l.ij.ℑ.de uet.& mil. ſucc.
k Iaſ.d.l.fi.C. uñ leg.
l Arg.l.j.§. de milit. teſtam.
m l.maximũ utilitũ.C. de lib.præter.
n d.l.ij.de ueter.mil.
o arg.l.fi.cũ ſim.ℑ.ad tertul.
p §.hoc etiam.Inſtit. de leg.ag.ſuc,cũ ſi.
q toto ti.de mil.te.§.
r Iaſ.d.l.fi.
s l.fi.C. de ſoffic.teſt. l. ſi quid in bello. ubi glo.& Bart.ff. de capt.
t l.fi.ff.de cõſt.princ.
u d.l.ij.& l j. de uete. mil.ſucc.
x l.ex militari.§. de milit.teſta.
y §.nullam.auten. de hær.ab inteſta.
z gloſ.§.fin.Inſtit. de ſucc.cogna.
a Salicet d.l.fi.
b arg.l.fi.§. ſinautem hoc aliquis. in prĩ. C.de iure delib.
c d.§. nullam. ℣ſi.in qualibet.
d §.admonendi. in fi. Inſtit.de hære.quæ ab inteſta.
e d.§.nullam.
f l. ij.§.fi.cum l. ſeq. §.unde leg.
g d.§. ſinautem hoc aliquis.
h l.pe.C.de pact.
i l.nec is.§.j.§.de acquir.hæred.
k Docto.d.l.fin.
l gloſ.l. ſciendum. in princ.ff.qui faciũd. cogan.
m l.relegatorum.in fine.ff. de interd. & releg.

ua,agnationis differentiam tollens,[a] uſq; ad quem gradum uocẽtur agnati uel cognati,nihil diſpoſuit: unde hoc reſpecto antiqua ſupererit iuris diſpoſitio. Similiter antiqua feudorum ſucceſsio obſeruabitur,cùm lex generalis ad illa nunquam extendatur: [b] & eo maximè caſu,ubi ſpecialis eſt aliqua feudorum ſucceſsio.[c]

a d.§.nullam.

b c.j.§.ſi generali. ff de feud.fue.contro. inter do.

c c.j.cũ gl.de gr.ſucc.

COGNATI ab eo dici putantur,quòd quaſi unà, communiter'ue nati,uel ab eodem orti,progeniti'ue ſint.

COGNATI igitur dicuntur,quaſi commune initium habeant.[d] Sic etiã agnati dicuntur,quaſi à patre connati.[e]

d l.j.§. unde cognati.

e l. ſunt autem.§. de leg.tut.

COGNATIONIS ſubſtantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes iure ciuili,quędam naturali continẽtur: nonnunquam & utroq; iure concurrente,& naturali, & ciuili copulatur cognatio. Et quidem naturalis cognatio per ſe ſine ciuili cognatione intelligitur,quæ per fœminas deſcẽdit,quæ uulgò liberos pariunt. Ciuilis autem per ſe (quæ etiam legitima dicitur) ſine naturali fit cognatione per adoptionem. Vtroq; iure cõſiſtit cognatio,cùm iuſtis nuptijs contractis copulatur. Sed naturalis quidem cognatio hoc ipſo nomine appellatur: ciuilis autem,licet ipſa quoq; per ſe pleniſsimè hoc nomine uocetur,propriè tamen Agnatio uocatur, uidelicet quæ per mares contingit.

SI cognationis ſpecies ſint duæ duntaxat,[f] Naturalis & Ciuilis: cur tertiam, quæ utroq; iure conſiſtat, Iureconſultus addit? Si dixeris, id quod miſtũ eſt, ſpeciem per ſe ſeparatam non facere,[g] hoc perpetuum non eſt.[h] Ego igitur credo, Iureconſultum Agnationem & Cognationem diuidere uoluiſſe, ſed prius quàm hoc faciat,declarare uoluit,à quo iure proueniant: [i] & tradit Cognationem à ſolo naturali Iure,Agnationem nunc à ſolo ciuili,nunc à ciuili ſimul & naturali emanare. Cæterũ quoniam alia eſt cognationis ſpecies,iure ciuili prorſus incognita, nempe Spiritualis: hîc operæpretium erit omnes tres illas cognationes referre. Prima igitur Spiritualis eſt,quæ dicitur cognatio ſacramenti ratione proueniens: [k] (matrimonij ſacramentum excipio,per quod non cognatio,ſed affinitas contrahitur.) [l] Naſcitur autem hæc ſpiritualis cognatio uel ex baptiſmo,aut confirmatione,[m] ſeu frontis chriſmatione,aut ex catechiſmo.[n] Olim uerò omnia ſeptem baptiſmi ſacramẽta,[o] necnon pœnitentiæ ſacramentum huiuſmodi cognationem producebant.[p] Sed an per procuratorẽ contrahi poſsit huiuſcemodi cognatio: quidã enim exiſtimarunt ex eo poſſe,quòd omnis actus à procuratore geri poſsit,à quo non expreſſe coẽrcetur.[q] Sed reſpondẽt alij Omnia illa procuratori prohibita eſſe,quæ extra patrimonij adminiſtrationẽ (qualis eſt hæc cognatio) conſiſtunt.[r] Quod alij dixerunt per procuratorẽ hanc cognationem fieri poſſe,quoniã perſonæ nõ requirat induſtriam,[s] parum obſtare poteſt, cùm multa ſint,quæ quamuis induſtriam non expoſtulent,per procuratorem tamẽ explicari non poſſent.[t] Magis obſtat,quòd ſicut matrimonij ſacramentum per procuratorem expeditur,[u] ita quoq; & hæc cognatio,quæ in ſacramento conſiſtit. Sed reſpondebo, Matrimoniũ,quia ſolo conſenſu conſiſtit,[x] non ſolùm per procuratorẽ, uerùm & per nuntium fieri poſſe.[y] Baptiſmus uerò,aut Confirmatio eo reſpecto,qui baptizatum ſuſcipit,in ſolo facto conſiſtit: Baptiſmi enim aut confirmationis ſubſtantia in eo qui ſacramenti uerba profert,manet: [z] in ſuſcipientibus uerò nihil aliud quàm actus ille ſuſceptionis,qui in facto conſiſtit,deſideratur. Iure ergo uerior eſt ſententia eorum,qui negant per procuratorem Cognationem hanc ſpiritualem contrahi poſſe: illa etenim ſaltem quod ad ſolennitatem attinet maior eſt, quàm Ciuilis cognatio: quæ tamen per procuratorem fieri non poteſt.[a] Adde pro puero, qui baptizatur, ipſi Deo fideiubendum eſſe: [b] fideiuſsio autem fit cum ſtipulatione: [c] ſtipu-

f ut hîc.

g l.ij.in princ. de uer bo.oblig.l.ueteris. C.de cõtrah.& cõmitten.ſtip.

h l.v.ff.de pactis.

i arg.ỹ.ſed naturalis, infra.

k gloſ.uerb.ſpirituale m.c.j. de cog.ſpi. in 6.

l §.ſeq.

m c.fi. de cog.ſpirit. in 6.

n c.pr.eo.tit.in 6.

o c.peruenit.30.q.1.

p c.omnes.30.q.1.

q l.j.§.uſus.ff.de procur.

r glo.fi.l.iij.C.de uin dic.lib.

s Abb.c.ueniens. de cog.ſpir.

t l.ſi ſtatu libera. §. ſi quis non dare.ff.de ſtatu lib.

u c.fi.de procur.in 6.

x l.nuptiæ.de reg.iu.

y l.ij.ff.de act.& ob.

z c.detrahe.j.q.j.

a l.poſt mortem.§.ff. ff.de adopt.

b c.uos ante omnia. de conſec. diſt.iiij.

c l.blanditus.C.de fideiuſſor.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

latio abſentis nomine non contrahitur,[a] ſed præſens debet eſſe dominus qui per procuratorem ſtipulantem ſibi actionem quærere uoluerit. [b] Effectus autem huius cognationis ſpiritualis,nõ in ſuccedẽdo [c] uerſatur,ſed in reuerẽtia: ſiquidẽ patri luſtrico reuerẽtia debetur.[d] Vnde ſicut ab eo,quẽ ablui curauit in ius ſine uenia uocari nõ poteſt: ita nec pro illo teſtis omni exceptione maior dici poterit. [e] Eſt alius effectus,quòd ne inter certas perſonas matrimonium contrahatur, huiuſmodi cognatio impediat: modò ſciueris,Catechiſmum impedire duntaxat,ne matrimonium cõtrahi poſsit: non autem poſt contractum diſſoluit.[f] Baptiſmus uerò & Confirmatio etiam poſt cõtractum diſſoluunt.[g] Perſonæ autem inter quas prohibetur matrimonium in primis eſt is qui baptizat aut confirmat,& pater,aut mater eius qui baptizatus eſt.[h] Baptizare autem non ſolùm ſacerdos, (licet ſoli epiſcopo confirmandi poteſtas ſit conceſſa) [i] uerumetiam laicus,ſiue uir,ſiue mulier: ſed urgente neceſsitate dũtaxat: [k] quo caſu licet etiam patri,filium ſuum baptizare,[l] nec ob id impeditur matrimonium.[m] Hoc itaque caſu,quo laicus baptizat,coniunx illius,cum prædictis parentibus matrimonio iungi non poſſet.[n] Secundo contrahere matrimonium non poteſt ille,qui baptizatum ſuſcepit,cum ſupradictis baptizati parentibus, [o] nec etiam ſuſcipientis coniux.[p] Et ſi plures ſint qui ſuſcipiant,ut in tota Gallia obſeruatur (de iure uerò unus ſufficit) [q] nullam ſuſcipientes inter ſe contrahunt ſpiritualem cognationem, [r] niſi repugnet conſuetudo.[s] ſed ipſius ſuſcepti parentibus,omnes illi ſuſcipientes cognati ſpirituales efficiuntur: [t] excepto caſu,quo quis ob periculum domi puerum ſuſcepit: nam ſi alius poſtea in templo eundem ſuſcipiat (ſub conditione enim hac,ſi baptizatus non ſis,iterari Baptiſmus poteſt) non ille,ſed is qui domi ſuſceptor fuit,ſpiritualis cognatus eſt.[u] Aduerte tamen,quod is ipſe, qui domi ſuſceperat,& in eccleſia ſuſcipere poteſt: nam ſi filium tuum ſuſcepi, tu meum quoq; non ſolùm ſuſcipere poſſes,uerùm etiam duos meos filios ſuſcipere non prohiberis.[x] Tertio Baptizatus non tantum cum baptizante,aut ſuſcipiente, contrahere matrimoniũ non poſſet: [y] ſed nec cum illorũ filiis,aut filiabus, [z] ſiue legitimis, ſiue illegitimis,[a] ſiue ante,ſiue poſt matrimonium natis. [b] Adoptiui tamen filij cognati ſpirituales nõ efficiuntur.[c] Vix enim in eodem duplex admittitur fictio.[d] Sed nec nepotes ob huiuſmodi baptiſmum aliquibus cognati eſſe dicuntur.[e] Item nec liberi baptizãtis, aut baptizati fratres,ſuſcipientibus cognati fiunt.[f] Edictum enim matrimonij prohibitoriũ eſt,[g] unde nullum habet impedimentum,niſi inter perſonas expreſſe prohibitas.[h] Sunt & aliæ perſonæ,inter quas nulla contrahitur ſpiritualis cognatio: ueluti ſi quis filium uxoris meæ defunctæ ſuſceperit,uxori meæ præſenti nõ fit cognatus: [i] ſimiliter ſi filium alicuius ſuſcepi, ille concubinæ meæ compater non eſt, [k] imo nec ſponſæ meæ.[l] Nec obſtat,ſi quis dixerit,quòd per coitum etiã illicitum contrahatur affinitas,[m] quoniam ex eo non ſubſequitur,ut ſpiritualis naſci debeat cognatio.[n]

Rurſum duas,quæ inter ſe commatres ſunt,uxores ducere nõ prohibeor: [o] & una duobus inuicem compatribus nubere poteſt: [p] niſi uir per coniunctionem primæ, compater ſecundæ efficeretur: quod fiet,ſi poſt primam cognitam, commater illa ſecũdæ,fieret ſpiritualis cognata.[q] Vnde Spiritualis cognatio ab Affinitate in hoc differt,quòd hæc,uxoris meæ conſanguineos mihi affines faciat: [r] illa uerò cognatos ſpirituales,uxoris meæ mihi ſpirituales eſſe nõ operatur: [s] & ita cõpatris mei uxor mihi nubere poteſt.maritus quoq; & uxor ſi alter alterius filiũ,ſiue ſciens, ſiue ignorans in baptiſmo ſuſceperit,matrimonij ſeparationẽ petere nõ poteſt: [t] nec etiã a carnali copula prohibẽtur,ſi per ignorantiam, aut neceſsitatẽ hoc fecerint. Sed ſi uterq; ſciens fuit,nec ulla interceſsit neceſsitas,neuter matrimonij debitum exigere poteſt: quod tamen abnui nõ debet,ſi facto ipſo exigatur. Si uerò alter tantùm ſciens fuerit, ille ſolus iure,debitum carnis exigere nõ poteſt. [u] Verùm ut res ſit apertior, placuit hic huius ſpiritualis cognationis perfectam deſcribere tabulam,quæ enim ante confectæ fuerunt,imperfectæ apparent.

a l.j.in prin.ff.de ÿb. oblig.
b l.ſi procuratori. ff. de uerb.oblig.
c Bald.aut. niſi.C.ad treb.nu.19.
d Alciat.l.j.C. de in ius uoc.
e Doct.l.generaliter. ff.de in ius uoc,
f c.pe.in fi.de cogn. ſpir.in 6.
g c.ñ.de cog.ſpir.ĩ 6.
h c.j.de cog.ſpi.in 6.
i c.de his.cum ſe q. de conſecr.diſt.5.
k c.cõſtat. c. mulier. de conſecr. diſt.4.
l c.ſuper quibus.30. quæſt.3.
m c.ad limina.3.q.1.
n d.c.j.de cog.ſp.ĩ 6.
o c.ueniens.de cogn. ſpir.in antiq.
p c.martinus.de cog. ſpirit.
q c.nõ plures.de conſecr.diſt.4.
r c.fi.cũ glo.fi.3.q.4.
s c.iij.de cog.ſpir. eẽ in antiq.
t c.ñ.de cog.ſpi.in 6.
u gloſ.c. preſbyteri. 62.diſtinct.
x c.ſuper eo.ÿ. uel utrũq;. de cogn.ſpi. in antiq.
y d.c.j.de cog.ſpi.ĩ 6.
z c.pe.& fi.eẽ in ãtiq.
a Panor.d.c.fi.
b d.c.pen.
c glo.30.q.3.in ſum.
d not.l.j. C. de ſpotis promiſ.
e gloſ.in d.ſumma.
f c.j.ẽ.e.de cog. ſpi.
g c.cũ apud.de ſpõſ.
h l.j.§.adhiberi.ff. de teſtibus,
i gloſ.uerb. cognitã. in.d.c.j.de cog ſpi. in 6.
k Panor.d.c.martin⁹.
l c.ſi quis.30.q.4. cũ gloſ.
m c.diſcretionem. de eo qui cog.cõſang.
n Pauor.d.c.martin⁹.
o c. poſt uxoris. 30. quæſt.4.
p ca. qui ſpiritualis. 30.q.4.
q c.j.& ſeq.30.q.4.
r æqualiter.35.q.5.
s gloſ.uerb.d. c. poſt uxoris.
t c.iij.de cog. ſpir.in antiq.
u d.c.ij.& ibi Pan.

COGNATIONIS SPIRI-
TVALIS ARBOR.

NVNC

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Cognationis SPIRITVALIS ARBOR.

pagina 36.



NVNC de ſecunda cognationis ſpecie,uidelicet de Naturali eſt dicendum: & triplex eſt, Iuſta,Iniuſta,& Prohibita.Iuſta,ex nuptijs minimè interdictis contrahitur.[a] Et hæc præter ſucceſsionis (de qua multa ſupra ſcripſimus) commodum plures alios operatur effectus: nam ex ea patria prouenit poteſtas,[b] cuius cauſa filius patri acquirit[c],citra patris conſenſum,neq; agere,[d] neque uouere,[e] neq; mutuo accipere,[f] neque matrimonium cõtrahere,[g] neq; donare poteſt.[h] Operatur item, ut inter rectos cognatos,tam iure ciuili,quàm canonico,matrimonium perpetuo prohibeatur.[i] In trãſuerſis uerò dinumeratione graduum ſecundum canones facta, uſq; ad quartum gradum prohibentur nuptiæ.[k] Sed iure ciuili liberi mei fratris, etſi in quinto gradu ſint,mihi matrimonio iungi non poſſunt.[l] Sed in amitis,& materteris, ultra quartum gradum non reperitur prohibitio.[m] Inter cõſobrinos uerò, ne in quarto quidem gradu inhibentur nuptiæ.[n] Ex quibus cõijciet lector,leges,triplicem cognationis tranſuerſæ habuiſſe rationem: Vnam in alterius fratris liberis, & hæc cæteris maior eſt: cum patruus ſit illis parentis loco.[o] Et ob hanc fortaſſe cauſam nouiſsimè conſtitutũ fuit, ut iſti liberi,in patrui ſucceſsione patrem repręſentarent, ſuorumq; iura quodammodo nanciſcerentur.[p] Altera eſt in patruis,& amitis,quæ licet non tam efficax ſit,maior tamen quàm conſobrinorum eſt: ſiquidem æquum eſt, ut ſicut patrui ſunt nobis parentum loco, ita illis, filiorum uice eſſe debeamus.[q] Secunda eſt naturalis cognatio,quam Iniuſtam uocauimus: quæ tamen iure ciuili non reijcitur:[r] hæc ex meretricio,uel concubinatu naſcitur,& à præcedenti ſpecie in multis differt: In ſucceſsione (ut ſupra declarauimus) in patria poteſtate, in agnatione: nati enim ex tali coitu, neque in poteſtate ſunt,[s] neque agnati dicuntur.[t] Quo ad matrimonij uerò prohibitionem,nihil diſcrepat: nam impedit ne inter rectos,[u] aut tranſuerſos,contrahi matrimonium poſsit:[x] quippe quod in contrahendis matrimonijs naturale ius,& pudor inſpiciendus ſit.[y] Attamen uſq; ad quem gradum prohibitæ ſint nuptiæ, non reperio. Vnde putarem, idem dicendum eſſe, ut in præcedenti ſpecie demonſtrauimus.

Tertia eſt ſpecies quam Prohibitam appellauimus: Leges enim inceſtuoſos,illorumq; hæredes multis modis (ut ſupra docuimus) plectunt: ſed ijſdem caſibus matrimonium impedit, quibus duas priores ſpecies huius naturalis cognationis obſtare diximus.[z] Tertia cognationis ſpecies,iure pontificio Legalis dicitur:[a] iure ciuili, Ciuilis,ſeu legitima:[b] & fit per adoptionem.Fieri autem tãtùm poteſt Adoptio apud magiſtratum,[c] apud quem ſit legis actio:[d] id eſt, apud eum, qui plenam,& ordinariam habeat iuriſdictionem,apud quem, omni actione aduerſus unumquenque experiri poſſumus.[e] Et idcirco,ſi coram uicinis fieret,quamuis per publicum inſtrumentum,matrimonio tamen obſtare non poſſet,[f] cùm actus, non ſeruata forma, iure non ſubſiſtat.[g] Apud hũc itaque magiſtratum,eos ſolùm qui in aliena poteſtate ſunt, adoptare ſolemus:[h] quos ſi tanquam filios adoptauerimus,ſui hæredes erunt.[i] Idem ſi illos tanquam nepotes adoptamus,& filius noſter conſenſerit, ſiquidem ratione illius conſenſus,adoptatus,mortuo adoptante,in illius poteſtatem recidit.[k] Si uero eos, qui ſui iuris ſunt,adoptare uoluerimus,[l] non aliter quàm per principis reſcriptum hoc fieri poteſt:[m] tuncq; appellatur Arrogatio:[n] & omnes qui in poteſtate arrogati erunt, in arrogatoris poteſtatem tranſeunt.[o] Vnde maius præiudicium adferre poteſt, quàm ſimplex adoptio, & ob id ſolo principe autore fieri poteſt. De effectu autem huius cognationis hîc nihil dicemus, ſed infra ſuo loco opportunius tractabimus.[p]

a ut hic.uerſ.utroque.
b Inſti.de patr. pote.
c l.placet.§.de acqui. hæred.
d l.cũ oportet.§. neceſsitate.C. de bo. quæ libe.
e l.ij.§.uolo.ff.de pol licit.
f toto titu.ff.ad Macedonia.
g Inſti.de nup.in pri.
h l.tam is qui.§.j.ff. de do.cau.mort.
i §.ergo. Inſtitut. de nupt.
k ca.pe.& fin.de conſangui.extra.
l l.ſororis. ff. de ritu nupt.
m l.per adoptionem. §.pe.ff.de ritu nup.
n §.duorum. Inſtit.de nup.
o d.l.ſororis.
p auſ.ut fratrum filij. cum ſi.
q arg.d.l.ſi.C. de indic.uid.tol.cum ſi.
r l.j.uer.cum attilicino.§.de concub.
s Inſtit de patria poteſta.in princip.
t l.cum legitime.ff.de ſta.homi.
u l.j §.ſi qua.§.de cõ cubi.
x l.& nihil.ff. de ritu nupt.
y l.adoptiuus.§.unde ff.de ritu nup.

z ca.diſcretionem.de eo qui cog.conſan.
a titu.de cog.legal.
b ut hic.
c l.iiij.C.de adopt.
d l.iiij.ff.eo.
e Bud.in ſuis annot.
f Abb.c.j.de cognat. legal.
g l. non nudis.l. non epiſtolis.C.de probatio.
h l.ij. uerſi. imperio. ff.de adopt.
i §.j. Inſtit.de hæred. quæ ab intеſta.
k l.ſi quis nepotes.ff. de adoptio.
l l.j.in fi.ff.de adop.
m l.arrogationes.C. de adoptio.
n l.ij. uerſicu.j.ff. de adoptio.
o d.l.ij.in fine.
p §. in adoptionem. j.eo.

SED quoniam quædam iura inter affines quoque uerſantur: non alienum eſt,hoc loco de affinibus quoque breuiter diſſerere. Affines ſunt uiri & uxoris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. nanque coniungendæ affinitatis cauſa fit ex nuptijs.

AFFINITAS igitur eſt diuerſarum cognationum per nuptias copulatio.[q] Et Affines, ſunt perſonæ nobis citra cognationem ex nuptijs coniunctæ.[r] Ex quo

q ut hic.
r Theophil.§. dixlmus.Inſtit.de nupt.

UA UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

sequitur, quòd ubi nuptię esse non possunt, ibi nec affinitas locum habere potest.[a] At contrà: imò etiam sine nuptijs, tam iure ciuili,[b] quàm pontificio, contrahitur affinitas.[c] Accursius,[d] quem Panormitanus sequitur,[e] respondet quo ad matrimonium impediendum, affinitatem contrahi, sed non quo ad alia. Vnde uidemus bonorum possessionem Vnde uir et uxor cessare, ubi iustum nõ est matrimonium.[f] Idem nonnulli crediderũt in testium suspicione, quę inter eos, qui ex iustis nuptijs affines sunt, allegatur,[g] ut illa cesset in incestuosis. Sed hoc minimè uerum esse arbitror: cùm enim omnibus parentibus una debeatur reuerentia,[h] alimenta'que illis præstanda esse uoluerint canones,[i] non puto illos testes omni exceptione maiores esse.[k] Probabilius ergo dicemus, Incestuosis, uel alijs, inter quos nuptiæ esse non possunt, omnia impedimenta obstare, quæ iustè coëuntibus nocent. Absurdum enim esset, delinquentes, melioris conditionis esse[l]: contrà uerò, commodis, quæ ex iustis proueniunt nuptijs, prorsus priuari existimo, ne ex suo delicto lucrum aliquod consequantur.[m]

a §. sciendum. ĩ. eod.
b l. j. §. si qua. ẽ. de concub.
c d. ca. discretionem. de eo qui cog.
d glo. hic.
e Panor. d. c. discretionem.
f l. j. ĩ. unde uir & uxor.
g ad de quędam. ĩ. in princip. l. fi.
h l. parentes. ff. de in ius uocan.
i ca. cum haberet. de eo q cog. consang.
k doct. l. j. C. de in ius uocand.
l l. nõ solum. ff. de noxal.
m l. j. §. plane. ff. de tutel. & rat. distr.

NOMINA uerò eorum hæc sunt: Socer, Socrus, Gener, Nurus, Nouerca, Vitricus, Priuignus, Priuigna.

OCTO tantùm affinitatis nomina retulit Iurecõsultus, quod prima fronte mirum uidetur, cùm postea addat Leuirum, Glossem. Sunt & alia: fratrius, fratria. Sunt item & alij affines, qui speciale nomen non habent: uxor patrui, uxor auunculi, maritus amitæ, maritus materteræ: de quibus omnibus cur hic Iureconsultus illos omiserit statim rationem dicemus.

GRADVS autem affinitatis nulli sunt.

HVIC uersiculo Paulus contradicere uidetur inquiens: Iureconsultus cognatorum gradus, & affinium nosse debet.[n] Accursius affirmat gradus, proprie cognationis causa appellari, improprie uero ratione affinitatis.[o] Sed apertius interpretabimur, si dixerimus gradus solius affinitatis nullos esse: quoties uidelicet extincta est cognatio, ratione cuius subsistebat affinitas. Verbi gratia, si mater mea, mortuo patre meo, Seio nupserit, Seius mihi uitricus est: sed mortua matre mea nulli sunt amplius affinitatis gradus: dissoluta est enim affinitas, tametsi adhuc matrimonij subsit impedimentum.[p] quandiu uerò mater superest, tunc gradus affinitatis subsistunt, & gradibus cognationis sunt similes: Vnde Paulus, de gradibus simul iunctis loquitur, dum ait, Cognatorum gradus, & affinium.[q] Modestinus uerò de solis affinitatis gradibus intellexit.[r]

n l. fi. in princip. ĩ. eo.
o glo. hic uerb. nulli sunt.
p §. item socrus. cum si. Institu. de nupt.
q d. l. fi. in prin. ĩ.
r ut hic.

ET quidem uiri pater uxoris'que, Socer, mater autem eorum, Socrus appellatur: cum apud Græcos propriè uiri pater ἑκυρὸς, mater uero ἑκυρὰ: & uxoris pater πενθερὸς, mater uero πενθερὰ uocetur. filij autem uxor Nurus, filiæ uerò uir Gener appellatur: uxor liberis ex alia uxore natis Nouerca dicitur, matris uir ex alio uiro natis Vitricus appellatur: eorum'q; uterq; natos aliunde Priuignos Priuignas'q; uocant. Potest etiam sic diffiniri socer. Socer dicitur uxoris meę pater, ego illius sum Gener. Socer magnus, dicitur uxoris meę auus: ego sum illius Progener. & retro pater meus uxoris meę Socer est, hęc illi Nurus: & auus meus Socer magnus est, illa illi Pronurus. Item Prosocrus mihi uxoris meę auia, & ego illius sum Progener: & retro mater mea uxoris meæ Socrus est, illa huic Nurus: & auia mea Socrus magna est, uxor mea illi Pronurus. Priuignus autem est uxoris meę filius ex alio uiro natus, ego illorum Vitricus. Et in contrarium, uxor mea liberis, quos ex alia uxore habeo, Nouerca dicitur: liberi mei illi Priuigni sunt. uiri frater Leuir est, apud Græcos δαὴρ appellatus, ut est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorem dicit:

Δᾶερ ἐμοῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκριόεσσης.

Viri

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Viri ſoror Glos dicitur, apud Græcos γάλως. Duorum fratrum uxores dicuntur apud Græcos ἐνατέρες, quod uno uerſu idem Homerus ſignificat.

Δαέρων, ἢ γαλόων, ἢ ἐνατέρων ἐϋπεπλων.

Hos itaque inter ſe qui affinitatis cauſa parentum loco liberorumq; habentur, matrimonio copulari nefas eſt.

POSTQVAM Modeſtinus Affinitatis declarauit nomina, ſubiungit, matrimonium prohiberi inter eos tantùm, qui parentum, liberorumq; loco ſunt: ut ſunt octo illa priora nomina, quæ retulit: Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuignus, Priuigna: inter tranſuerſos uerò affines, nulla iure ciuili eſt prohibitio. Potero igitur fratris mei defuncti uxorem, matrimonio mihi coniungere: multo magis patrui, uel auunculi uxorem, aut conſobrini. Si enim conſobrinam ipſam meam habere in uxorem poſsim, [a] quanto magis affinem conſobrino copulatam? Et hac ratione puto Modeſtinum, patrui uel auunculi uxores, amitę & materteræ maritos, hic non enumeraſſe, quòd iure ciuili affines nō cenſeantur. Nec mihi obijcias, Leuirum, Gloſſem, hic annumerari: non enim inter affinium nomina, Iureconſultus illa reposuit, ſaltem ut inter illos, affinitatis iura conſiſtere oſtenderet, ſed ne aliquod nomen, quod affinitati coniunctum uideretur, omitteret, omnia quæ Latinè effari poterant, referre uoluit. Verum iure canonico, nec duorum conſobrinorum uxores ducere poſſum. [b] ſi enim una ſemel mihi nupſit, aliam habere prohibeor. [c] Vnde conſequens eſt, nec uxoris amitam, uel materteram, nec patrui uel auunculi uxorem, me habere poſſe: ut nec econtrà uxor mea, patruo meo, uel auunculo, nec amitæ meæ, aut materteræ marito, nubere poſſet. Poſt horum nominum declarationem, ſupereſt, ut hîc affinitatis regulas, ex quibus & affines ipſi, & affinium gradus cognoſcuntur, ſubijciamus.

a §. duorum. Inſtitut. de nupt.

b ca. quædam ſex. 35. quæſtio. 3.

c ca. porro. 35. quæſtio. 3.

PRIMA ERIT.

Per matrimonium, alter coniugum, alterius conſanguineis affinis [d] *eſt, ſed non utriuſq; conſanguinei inter ſe.* [e]

d ut hic.

e ca. nō debet. de conſanguinita.

MARITVS igitur, conſanguineis uxoris affinis eſt: & uice uerſa, uxor, conſanguineis mariti: ſed frater mariti, aut filius, ex alia uxore, uxoris ſorori, uel filiæ, ex priore marito natæ, affinis non eſt. Et idcirco Modeſtinus, qui dicit, Affines eſſe uiri & uxoris [f] cognatos: intelligendus eſt, ut alterutrius cognati, non inter ſe, ſed alterutri affines ſint. Inter maritum uerò & uxorem nulla contrahitur affinitas, ſed ſolùm affinitati cauſam dediſſe dicuntur. [g] Patet, nam ratione affinitatis nemo ſuccedere poteſt: [h] & tamen maritus uxori, & econtrà per bonorum poſſeſsionem Vnde uir & uxor, ſuccedit. [i] Succedunt autem ſibi ipſis inuicem, non ex eo quòd affines ſint, ſed quia ſocietas uitæ illos quodammodo in alterutrius bonis dominos facit. [k] Plerunq; tamen, maritus & uxor affines dicuntur: [l] nam & Affinitas ipſa, pro matrimonio accipitur. [m] Et ideo multi putant, affinitatem, de qua in ſtatuto fieret ſermo, ſi illud fauorabile eſſet, ad maritum & uxorem extendendam eſſe. [n]

f ut hic.

g Theoph. §. dixim⁹. Inſti. de nupt.

h l. affinitatis. C. communia de ſucceſ.

i l. j. ff. unde uir & uxor.

k l. j. ff. rerum amota.

l l. nō ideo minus. C. de hæred. inſtitu.

m l. uideamus generatim. in princi. ff. de uſur.

n Iaſon l. quod ſeru⁹. ff. de condi. ob cauſam.

SECVNDA REGVLA.

Sicut inter conſanguineos uſque ad quartum gradum prohibetur matrimonium: ita & inter affines. [o]

o ca. pen. et fi. extra de conſang.

HAEC regula non inter rectos intelligenda eſt, inter quos perpetua eſt matrimonij prohibitio: [p] adeo ut ſi Adam uiueret (inquit Accurſius) uxorem reperire non poſſet. [q] Inter rectos igitur affines, perpetua eſt prohibitio: unde non ſolum ſocrum,

p l. nuptiæ. ff. de ritu nupt.

q glo. uerb. in infinitum. §. ergo. Inſtitu. de nupt.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ſocrum, uel nurum,ſed & pronepotis,aut tritaui uxorem, matrimonio mihi coniungere non poſſem.Idem de priuigno,nouerca,uitrico,genero,ſocru,priuigna eſt dicendum :[a] iſta enim (ut ſupra dixi) ſunt affinitatis rectæ nomina . De tranſuerſis igitur, non tantùm conſanguineis,ſed & affinibus,ut ſunt,leuir,fratrius,uxor patrui,& ſimiles,regula intelligenda eſt, graduum dinumeratione ſecũdum ius pontificium facta.[b]

a l.adoptiuus.§.nunc uideamus.uſque ad fi.ff.de ritu nup.
b c.pen. de conſang.

TERTIA REGVLA.

Perinde ob ſponſalia uel concubinatum, ac ob nuptias prohibetur matrimonium.[c]

c l.labeo.uerſ.ſi.ĵ.eo. licet Haloandri codex negatiuam habeat, ſed non recte ut ex plerisq; alijs legibus cõuincitur.

SVPRA oſtendimus concubinatum ita matrimonio obſtare, ac conſanguinitas, uel affinitas:[d] idem quoque in ſponſalibus eſt intelligendum : perinde enim ſponſus à conſanguineis ſponſæ abſtinere debet, ac ab uxoris cognatis,[e] etiam ſi ob aliquod impedimentum ſponſam,uxorem habere non potuit.[f] Vnde uidemus, quòd affinitatis nomina, non tantùm quando matrimonium contractum eſt, locum ſibi faciunt: uerùm etiam ubi ſponſalia duntaxat interceſſerunt :[g] & hoc ex publica honeſtate, quam pontifices eccleſiaſticam uocant,[h] introductum fuit : quę quidem honeſtas iure ciuili minimè incognita fuit,[i] quamuis nonnulli contradixerint.

d i ĵ §.ſi qua,§. de cõ cub.
e l.ſi qua.uerſi.j.ff.de rit.nup.c.ſponſam. de ſponſal.extra.
f ca.unic.in princ.de ſpon.in vj.
g l.labeo.l.ſeruius.ĵ. eo.cum ſi.
h d.c.unic.& cap.iij. extra de ſponſali.
i Theophil.§. uxor mea, Iuſti.de nupt.

QVARTA REGVLA.

Perſona addita perſonæ per carnis copulam, mutat genus, ſed non gradum.[k]

Apertius ita concipi potuiſſet.

Tot ſunt Affinitatis genera, quot eiuſdem affinis matrimonia immutatis gradibus.

k glo.in arb.affin.v. genus affinitatis.

IVXTA hanc regulam,cantatur uerſiculus ille, Mutat nupta genus,ſed generata gradus.[l] Olim autem uſque ad tertium genus affinitatis prohibebatur matrimonium : hodie in primo duntaxat genere conſiſtit prohibitio.[m] Verbi gratia, ut regulam exẽplo declaremus : Vxoris meæ cognati,omnes ſunt mihi in primo genere affinitatis : ſi uxore mea mortua,ſecundam duxero , cognati illi prioris uxoris, ſecundæ meę uxori , in ſecundo affinitatis genere erunt : quòd ſi me mortuo , ſecunda illa uxor Sempronio nubat,huic, cognati primæ meę uxoris,erunt in tertio genere affinitatis . Vſque ad quod olim prohibebatur matrimonium : ſed hodie primum genus duntaxat prohibitionem habet.

l Hoſtienſis in ſumma,de conſang.
m cap.non debet. de conſangui.

QVINTA REGVLA.

Quoto gradu cognationis, conſanguineus meus mihi coniunctus eſt, in eodem affinitatis gradu, uxori meæ erit : & in primo genere. & econtrà , idem de uxoris conſanguineo mariti reſpectu dicendum eſt.[n]

n glo.hîc uerbo, nulli.

SIC igitur nurus mea,mihi in primo gradu affinitatis eſt, quoniã maritus illius, qui filius meus eſt, mihi in primo gradu cognationis[o] eſt. Sic ſoror uxoris meę mihi in primo affinitatis gradu erit , quoniam uxori meę iure canonico eſt in primo conſanguinitatis gradu,[p] iure uerò ciuili ſicut uxori meę eſt in ſecundo cognationis gradu,ita & mihi in ſecundo affinitatis. Et hæc de affinitate ſufficiant: modò illius tabulas,tam communes,quàm noſtras ſubiunxerimus.Noſtras autem ideo appoſuimus, quod facile,diligens lector obſeruare poteſt communem arborem,non ſolũ obſcuram eſſe,

o ca.ſi uir xxxv.quæſtio.iij.
p capi.porro , xxxv. quæſtione v.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

OMNIVM

AFFINIVM.

GENERALIS

TABVLA

Arbor affin



Affinitatis Arbor ex Berengario Fernando.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID



Affinitatis Arbor ex Ioan. Andrea.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MADRID

Contracta Affinitatis Arbor.

pagina 41.





eſſe, uerùm etiam imperfectam: nullum enim in ea affinitatis nomen reperies, niſi fratrium & fratriã: in quibus tamen perfectæ affinitatis gradus oſtendit, necnon gradum conſanguinitatis & affinitatis ſimilitudinem: nihil igitur in ea reprehendendum eſſet, ſi obſcuritatem & imperfectionẽ ſuſtuleris. Tametſi nõ ignorem, aliquos, cellas illas duas, in quibus ſcriptum eſt, Relictus relictę fratris: Relicta relicti ſororis, carpſiſſe. Vt igitur tabulam illam communem apertius oſtenderemus, aliam appoſuimus, quæ tantum communis arboris eſt declaratoria. Aliam poſtea ſubiunximus, contractam quidem, ſed abſolutam: ut alterius communis imperfectionem ſupplereremus. Tertiam diffuſam addimus, in qua omnia affinium nomina deſcribuntur.

Sequitur affinitatis arbor communis, è cuius regione placuit Berengarij arborem deſcribere, ne quid in uolumine noſtro deſideraretur: cuius tamen interpretationem referre ſuperuacaneum eſſet: cùm ex noſtris tabulis, res luce clarior exiſtat. Obſeruandum eſt præterea, arborem communem, non niſi iure canonico locum ſibi uendicare: cùm fratrem & ſororem in primo & conſanguinitatis & affinitatis gradu reponat. Nos idcirco in magna noſtra tabula ius ciuile ſequuti ſumus, in contracta uerò utrunq; ius.

SCIENDVM eſt, neque cognationem, neque adfinitatem eſſe poſſe, niſi nuptiæ interdictæ non ſint, ex quibus adfinitas coniungitur.

CVM affinitas pro matrimonio plerunq; accipiatur, [a] hic locus intelligi poteſt, ut dicamus ibi affinitatem eſſe non poſſe, id eſt matrimonium, ubi nuptiæ interdictæ ſunt. [b] Quod uerò ſubiungit, Neq; cognationem ſine nuptijs eſſe: de ea cognatione, quæ utroq; iure copulatur, accipiẽdum erit. [c] Qui uerò caſus in quibus nuptię interdicuntur ſcire deſiderat, cùm per Accurſium, & fuſius per Angelum de Clauaſio ſint collecti, hic referre non placuit. [d]

a l.uſdeamus generatim. in princi. ff. de uſuris.
b §. ſi aduerſus. Inſtit. de nupt.
c §. cognationis. ff.
d glo. §. ſunt & aliæ. Inſti. de nupt. ſumma Angelic. in uerbo, matri. imped.

LIBERTINI, Libertinæq; inter ſe affines eſſe poſſunt.

SVNT etiam & ſeruiles cognationes, [e] quæ licet ad leges ciuiles non pertineant quod ad ſucceſsionem adtinet, tamen & matrimonium impediunt, [f] & ex noua Imperatoris Iuſtiniani conſtitutione aliquem ſucceſsionis producunt effectum. [g]

e ut infra. l. fin. §. non parcimus.
f l. adoptiuus. §. ſeruiles. ff. de rit. nup.
g Inſti. de ſeruili cognat.

IN adoptionem datus, aut emancipatus, quaſcunq; cognationes adfinitatesq; habuit, retinet: agnationis iura perdit. ſed in ea familia, ad quam per adoptionem uenit, nemo illi cognatus eſt, præter patrem, eos' ue, quibus adgnaſcitur. Adfinis autem ei omnino in earum familia nemo eſt.

IN hoc §. ciuilis cognationis ponuntur effectus aliqui: habet enim adoptio (ut ſupra declarauimus) ſucceſsionis commodum. [h] Item in patrem arrogatorem, propter patriam poteſtatem omnia arrogati commoda & incommoda tranſeunt. [i] Arrogatus tamen dignitatem, quam habet, per adoptionem non perdit: [k] Imo originis ſuæ munera adhuc ſubire poteſt: [l] quamuis ſicut minima capitis diminutione, quæ per emãcipationem contingit, [m] ſtatus mutari nõ ſoleat, ita & illa capitis diminutione minima quæ per adoptionem [n] contingit. Adfinitates igitur antiquæ ſeu naturalis familiæ, retinet adoptatus: [o] ſed in ea familia, ad quam per adoptionem uenit, nemo illi adfinis eſt. [p] At contrà, patris adoptiui Vxor, Nouercæ loco eſt filio adoptato, etiam ſi emancipatus ſit. [q] Reſpondendum eſt, inter aliquos, qui neque cognati, neque affines ſunt, interdum ob publicam honeſtatem prohiberi matrimonium. [r] Sic filius adoptatus, licet affinis non ſit, neque uxor patris adoptiui, ſit illi nouerca, ſed nouercæ loco: [s] illam tamen, publica honeſtate prohibente, ducere non poteſt. [t] Eſt & alius, qui ex præcedentibus naſcitur, huius ciuilis cognationis effectus, quòd inter rectos matrimonium perpetuò impediat: [u] necnon inter eos, qui rectorum cauſa, ſunt adoptato affinium loco. uerbi gratia: Non ſolùm patrem adoptiuum, auum, proauum, uel deinceps, filia adoptiua in matrimonio habere prohibetur: ſed & filius adoptiuus,

h §. j. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta.
i l. ſi paterfa. ff. de adoptio. §. j. Inſtit. de acqui. per arrog.
k l. per adoptionem. ff. de adoptio.
l l. in adoptionem. j. C. de adoptio.
m l. ſi. ff. de capi. dimi. §. minima. Inſti. de cap. diminu.
n l. liberorum. ff. de cap. diminu.
o ut hic.
p ut hic.
q l. adoptiuus. in princi. ff. de ritu nup.
r l. ſi qua. §. ſi uxor. de rit. nup.
s d. l. adoptiuus.
t Theop. §. uxor mea Inſtit. de nup.
u l. quin etiam. de ritu nupt.

f patris

patris adoptiui, aui, proaui, aliorum'ue rectorum uxorem, matrimonio ſibi iungere non poſſet: adeo ut ſi plures habuerit uxores pater adoptiuus, nullam ducere poſſim, etiam adoptione diſſoluta: [a] & idem eſt in rectis inferioribus. In priuigna, nuru, pronuru, genero, progenero, & deinceps in ſimilibus: etiam adoptione diſſoluta. [b] quod in alijs perſonis ſecus eſt, puta in patris adoptiui matre, nepte, filia: tandiu enim cum illis prohibetur matrimonium, quandiu adoptio conſtat, [c] & non ultra: finita ſiquidem adoptione, nullum penè cognationis remanet ueſtigium: [d] quod idem in adoptiua amita, uel magna amita adoptiua, dicendum eſt: quas uxores habere non poſſumus, niſi adoptione diſſoluta. [e] Hoc quoq; matrimonij impedimẽtum, inter filium illegitimum, & filiam adoptatam conſiſtit: [f] quãuis enim in poteſtate non ſit illegitimus, adoptionis attamen ratione, nonnulla contrahit iura. [g] Proinde ſciendum eſt aliquos uelle huiuſmodi impedimentũ, locum etiã habere, quãuis adoptatus in adoptãtis non tranſiuerit poteſtatem. [h] Item non ſolùm ne matrimoniũ contrahatur adoptio obſtat, uerùm etiam contractum diſſoluit: [i] quoniam cum lex ait, propter adoptionẽ, matrimonium ſubſiſtere non poſſe: innuit ne facto quidem ſi contractum ſit, permanere poſſe: alioqui lex matrimonium impediẽs, propemodum illuſoria redderetur. [k] Non obſtat quod quidam dixerunt, hoc impedimentum non eſſe perpetuum: nimirum quod diſſoluta adoptione tollatur. [l] Reſpondendum enim eſt, Idem iudiciũ eſſe, de eo quod Perpetuum eſt, & de eo quod perpetuum eſſe poteſt. [m] Verum tamẽ ſunt aliquę perſonę, inter quas Adoptio nihil obſtare poteſt, quo minus nuptiæ cõtrahantur: nam filij adoptiui inter ſe, copulari poſſunt, [n] cùm quia prohibitum non eſt, tum quia gemina fictio uix in eodem introducenda eſt. [o] Inter filios quoq; ſpirituales, & adoptiuos, nulla reperitur prohibitio: [p] Similiter nec inter me, & ſororis meæ adoptiuæ filiam: [q] talis enim filia, cùm in matris adoptatæ poteſtate non ſit, in adoptantis familiam tranſire non poſſet [r]. Adoptantis præterea naturales cognati, adoptato coniungi poſſunt. [s] cognatio quippe, quæ natura contingit, in adoptione pro nulla habetur: [t] adoptio ſiquidẽ, legitimus actus eſt: [u] Vnde non cognatos, ſed agnatos tantùm (qui legitimi dicuntur [x]) coniungere poteſt. [y] Quòd ſi quiſpiam dixerit, adoptionem eos coniungere, qui agnati ſunt, ſimul & cognati: [z] Reſpondebo, ſola Agnatione, non autem Cognatione reſpecta, iſtos copulari adoptatis. Exemplum in fratre conſanguineo proponi poteſt, qui quãuis ſit agnatus ſimul & cognatus, [a] agnationis tãtum reſpectu, adoptato coniungitur: ſiquidem ſi emancipetur, remanet cognatus, ſed quia agnatus eſſe deſinit, [b] adoptato amplius coniunctus non fingitur. [c] Vnde lex conſulit illi, qui generum adoptare cupit, ut filiam ſuam emancipet. [d] cognatus igitur naturalis, nulla proximitate adoptato coniungitur. Vnde dici ſolet, quòd auunculus, & matertera, (quia ſunt tantùm cognati [e]) per adoptionem nõ fiunt: [f] nempe ſi auus meus maternus, filiam adoptauerit, illam quãuis matertera ſit, uxorem habere poſſum. [g] Sed aduerſus hæc Accurſius Caſ reſponſum obiecit, quo materteram (ita enim uulgaris habet lectio) etſi adoptiua ſit, nos non poſſe uxorem habere, reſpondit. [h] Sed lectio illa communis, ex Haloandri codice, mendoſa apparet: quo, non materteram, ſed amitam legimus, hoc enim modo, reſtitutum eſt Caſ reſponſum: utiq; amitam, & amitam magnam, non poſſumus ducere, & ſi ſint adoptiuę. Nõ amplius igitur in huius obiectionis diſſolutione laborandum eſſet: niſi Accurſius contendiſſet, materteram quandam eſſe per adoptionem poſſe, cũ qua prohibitæ ſint nuptiæ: Veluti (inquit) ſi duas filias habeam, & aliquem quaſi ex altera natum adoptauero, alteram filiam meam, materteram habet, quam ipſe ducere in uxorem non poſſet. Idem eſt ſi (inquit idem) filium unum adoptaui, item & neptem ex filia, quaſi ex alio filio natam adoptaui. Iure enim hoc poſſum [i]) neptis illa, habet filium adoptatum auunculum, cui nubere prohibetur. [k] Verùm hæc Accurſij opinio, ab omnibus damnata merito fuit, quo ad primum (materteræ uidelicet) exemplum: nuſquam etenim legitur, me nepotem quaſi ex filia natum adoptare poſſe: quomodo enim id poſſem: cùm ex filia mea natus familiam meam minime ſequatur? [l] Quòd ſi nepos naturalis ex filia, familiam meam non ſequatur, multo minus adoptiuus tanquam ex ea filia natus, me ſequetur: quoniam naturam imitatur adoptio. [m] Sed obijciet aliquis legem, quæ ait, in locum neptis, uel proneptis, me aliquem poſſe adoptare: [n] ſed hoc intelligendum eſt de nepte

a d.l. adoptiuus. in prin. & §. fi.
b d.l. adoptiuus. §. fi.
c d.l. quinetiam. & c. unic. de cog. legali.
d l. in omni. ff. de adoptio.
e §. item amitam. Inſtitu. de nupt.
f gl. d.ca. unic. de cogna. legali.
g l. pe. §. finautem. C. de adopt.
h glo. in d.ca. unic.
i Panor. in d.c. unic. poſt glo. ibi.
k arg. cle. 1. cum glo. de ſupplend. negli.
l Ioan. And. in addi. ſpec. titu. de cogna. legali.
m argu. l. iuriſperitos. in prin. ff. de excu. tuto.
n glo. in d.ca. unic.
o nor. l. j. C. de dot. promiſ.
p glo. 30. q. 3. in ſumma.
q §. eius uero. Inſtit. de nup.
r l. ij in fi. ff. de adop.
s l. ſi qua §. adoptiu'. ff. de rit. nup.
t Theoph. Inſtitu. de nupt. §. hæc autem cognatio.
u ut. ff. uer. ciuilis.
x rub. ff. unde agnati.
y l. nihil tam naturale. de reg. iur.
z ut hic. uerb. quibus agnaſcitur.
a l. n. §. cognatiõis.
b ut hic. uerb. emancipatus.
c Theoph. Inſtitu. de leg. parent. tutel.
d §. inter. uer. & ideo. Inſtitu. de nupt.
e l. fi. §. cognatiõis.
f d.l. ſi qua. §. adopti ue. d. §. item amitã. cũ gl. Inſtit. de nup.
g Theoph. §. amitam. Inſti. de nupt.
h l. per adoptionem. in fi. ff. de ritu nup.
i l. ſi pater. §. q duos' ff. de adoptio.
k glo. d. §. item amitã. & in d. l. ſi qua. §. adoptiuus.
l §. fi. Inſtit. de patria poteſta.
m l. adoptio enim. ff. de adoptio.
n §. licet. Inſtit. de adoptio. d. l. ſi pater. §. qui duos.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

de nepte,uel pronepte,natis,non ex filia,ſed ex filio. Verum eſt tamen,quòd ego natum ex filia, tanquam ex me natum adoptare poſſum: [a] extraneum uerò quaſi ex filia natum,adoptare non poſſum.Secundum uerò Accurſij de auunculo adoptiuo exemplum eſt etiam falſum, quoniam in duobus procedit adoptiuis, inter quos nulla eſt proximitas,[b] cum non facile in eodem duplicetur fictio. [c] Alium rurſus effectum habet adoptio: quòd adoptatus omnes naturalis familiæ cognatos retinet: ſed agnationis iura perdit: [d] quia Agnatio,iuris ciuilis nomen eſt, [e] quæ per contrarium ciuilem actum,facilè tolli potuit: [f] Cognatio uerò nomen naturale eſt, & ob id immutabile. [g] Econtra uerò,Adoptatus in ea familia, ad quam per adoptionem uenit, agnationis iura acquirit: [h] quia per actum ciuilem,qualis eſt adoptio, quæruntur.Sed cognatum neminem habet, prærer patrem adoptiuum, & illos, quibus agnaſcitur: [i] agnaſcitur autem his, quibus arrogator agnatus eſt, [k] modò incertus non ſit ille, in cuius poteſtatem,mortuo arrogatore,recaſurus ſit. [l] Et ex his ſequitur, Adoptatum tam in familia naturali,quàm adoptiua cognatos habere. [m] Sed quomodo per Adoptionem,qui actus ciuilis eſt, cõtrahitur Cognatio,quod eſt naturale nomen? [n] Pro declaratione huius quęſtionis,ſciendum eſt Cognationem eſſe ſubſtantię nomen: ſine illa enim proximitas eſſe nõ poteſt. [o] Agnatio uero,eſt qualitas, ſine qua Conſanguinitatem eſſe poſſe certum eſt. [p] Sine cognatione igitur, cùm ſubſtantia ſit, nulla proximitas, neque naturalis, neque ciuilis ſubſiſtere poteſt: æquali enim modo procedunt. [q] Cæterum,quoniam ciuilis cognatio,quæ adoptione fit, non niſi ratione poteſtatis conſiſtere dicitur: [r] conſequens eſt,inter agnatos duntaxat contrahi poſſe: quoniam ſoli illi in poteſtate exiſtunt: [s] hinc ſequitur,cognatos adoptiuos,eos eſſe,qui agnati ſunt in naturali familia: [t] illi uerò qui in ea cognati appellantur, ipſis adoptatis nec agnati ſunt, [u] neque cognati.Patet in patris adoptiui uxore, & matre, quæ filio adoptiuo neque agnatæ ſunt,nec cognatæ. [x] Proinde illi cognati adoptiui,etiam agnati uocantur: quia cùm agnatio iuris ciuilis (ut iam dixi) nomen ſit, facile adoptati à iure ciuili, quo ſolo cognoſcuntur, hanc agnationem conſequuti ſunt. [y] Ex his igitur patet, illos qui ciuiles cognati ſunt,eoſdem eſſe & agnatos: illi uerò qui cognati naturales dicuntur, in cognatione naturali agnati non ſunt: quoniam diuerſæ ſunt perſonæ: Sed in cognatione utroq; iure copulata,qui agnatus eſt, ille & cognatus non dicitur. Verbi gratia: in cognatione utriuſq; iuris, patruus agnatus eſt,auunculus eſt cognatus,ſuntq; diuerſę perſonæ.alter enim patris,alter matris frater eſt: in cognatione uerò ciuili patruus idem agnatus eſt,& cognatus.Cęterum quoniam uidemus in ſola agnatione adoptionem conſiſtere: utile duxi,hîc tabulam inſerere, qua cognoſcamus,omnes illos,qui adoptatis agnati ſunt, ſimul & cognati: & per conſequens,omnes illos,qui in aliqua familia naturali agnati ſunt,dignoſcemus: [z] quibus agnitis reliquos omnes, qui in arbore noſtra magna deſcribuntur, cenſebimus illos eſſe cognatos. Licet enim ipſo iure ſublata ſit agnationis & cognationis differentia, [a] illam tamen legibus municipalibus pleriſq; in locis obſeruari uidemus: præter quod in nonnullis caſibus,adhuc ipſo iure locum ſibi uendicare poteſt: [b] ſed & ad neceſſariam iuris antiqui declarationem per quàm utilis eſt. Video enim multos in hoc erraſſe, & ideo ad illius agnationis cognitionem arborem hanc adiecimus. Qui autem ſint agnati & cognati infra poſt Paulum fuſius oſtendemus. [c]

a l.ij. §. ſed etſi ipſa eadem mater, ff. ad Tertul.
b glo.d.cap.unic. de cog.legali.
c glo.d. l.j.C.de dot. promiſ.
d ut hic.
e ut §.uerſi.ciuilis.
f reg.nihil tam naturale.
g §. ſed agnationis, inſtit.de leg.ag. tutela.
h ut hic.
i ut hic.
k l.qui in adoptionẽ. ff.de adoptio.
l l.ſi is qui nepotem, ff.de adoptio.
m l.j.§.unde cognati.
n §.ſed naturalia. Inſtit.de iur.natu.
o l.pe.§.unde legit.
p §.fi.Inſti.de leg.agnat.
q d l.adoptio enim.
r l.in omni,ff. de adoptio.
s §.at qui,in fi.Inſtit. de leg.ag.tutel.
t l.j.§. cognationem. ſup.unde cognati.
u Theoph. Inſtit.de nupt.§. hæc autem cognatio.
x d l.qui in adoptionem.ff.de adop.
y Theoph. d.§. hæc autem.
z arg.l.j.in princi.ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.
a §.nullam.autent. de hæred.ab intcſta.
b diſputant doct.l.fi. C.unde legit.
c l.fin.§. inter agnatos.infra.

TABVLA ADOPTIONIS,
qua qui Agnati ſunt cognoſcuntur.

IS cui aqua & igni interdictum est, aut aliquo modo capite diminutus est: ita, ut libertatem, & ciuitatem amiserit: cognationes, & affinitates omnes, quas ante habuit, amittit.

ILLE qui libertatem, & ciuitatem perdit, maximam capitis diminutionem patitur:[a] ut is, qui ob delictum, mortis reus est. Deportatus uerò, uel is, cui aqua & igni interdicitur, mediam tantum capitis diminutionem pati dicitur.[b] Sed is, qui adoptatus est, uel emancipatus, minimam patitur, & agnationem antiquæ familiæ duntaxat, non cognationem perdit.[c] Duo primi uerò, utrunque perdunt, & etiam affinitatem.[d] Nihil urget, si dicatur, cognationem, ex eo quòd naturalis sit, immutabilem uideri:[e] siquidem ius gentium, siue naturale, licet prorsus mutari non possit, quo minus eo omnes gentes utantur: illi tamen in aliqua parte derogari posse,[f] aperti iuris est. Sed fortior est obiectio, si quis dicat, eum cui aqua & igni interdictum fuerit, illa quæ iuris gentium sunt retinere:[g] & per consequens cognationem. Respondendum est, eum cognationē ipsam, id est proximitatem, seu consanguinitatem, retinere: quoniam iura sanguinis nullo iure perimi possunt.[h] Effectus uerò cognationis, licet inuentione iuris naturalis sint, additionem tamen & augmentum iure ciuili receperunt, & idcirco ciuiles esse iudicantur[i].

a l.fi.ff.de cap.dimi.
b §.minor.Instit. de cap.diminu.
c ut.ē.§. in adoptionem.
d ut hic.
e §.sed naturalis. Instit.de iure nat.
f l.ius ciuile.ff.de iusti.& iure.cum si.
g l.quidam sunt.ff. de pœnis.
h l.iura sanguinis.ff. de reg.iur.
i d.l.ius ciuile.

PAVLVS. LEX V.

SI filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero, non esse eos fratres:[a] si filio meo mortuo Titium adoptauero, uideri eum defuncti fratrem fuisse, Arrianus ait.[b]

a SVPRA diximus, quomodo adoptio habeat tantum coniunctos eos, qui agnati sunt: unde certum est non habere emancipatum,[k] cum per emancipationem sublata sit agnatio.[l] Vnde lex consulit illi, qui generum adoptare uoluerit, ut filiam suam emācipet:[m] quod consilium hodie superuacaneum esse existimauit Accursius ex eo, quòd per emancipationem (ut ipse putat) non sit sublata agnatio:[n] sed doctores affirmant illud uerum esse solùm in patris, & non aliorum commodum.[o]

b SI ADOPTAVI aliquem in filium, filio meo, etiam defuncto, frater adoptiuus est: quia cùm certus est pater adoptiuus, de aliorum morte non curatur.[p] Si uerò incertus esset, ueluti si aliquem tanquam ex filio adoptarem, nec addidissem ex quo adoptarem, me mortuo non ultra duraret adoptio.[q]

k ut hic.
l Theoph.Instit.de legi.par.tut.
m §.inter.uer. & ideo Instit.de nup.
n arg.§ nulla. autent. de hæred.ab intest.
o docto.d.§.inter.
p ut hic.
q l.si is qui nepotem. ff.de adoptio.

VLPIANVS. LEX VI.

LAbeo scribit, nepotis ex filia mea nati uxorem, Nurum mihi esse.[a] Et Generi & Nurus appellatione Sponsus quoq; & Sponsa continētur: item Soceri & Socrus appellatione, sponsorū parētes cōtineri uidētur.[b]

a DE hoc nepote ex filia mea nato, maior erat dubitatio, cùm in potestate mea nō esset:[r] ex quo sequitur, affinitatem plus operari, quàm adoptionem: nam hęc agnatos tantum coniungit,[s] illa & agnatos, & cognatos.[t] Et ratio est, quia adoptio solo iure ciuili cognoscitur:[u] affinitas uerò, ius etiam naturale & pudorem continet.[x] Sed contrà, adoptio etiam iure diuino est cognita:[y] ergo & naturali, cùm ab hoc ius diuinum non discrepet.[z] Respondeo, generaliter, iura illa non differre: habuisse tamen ius diuinum quasdam fictiones, ueluti est adoptio: sed ius naturale nihil fingere potest.[a]

b VXORIS meæ patrem, Socerum, matrem, Socrum appello: quo nomine uxor mea patrem meum, matrem q; meam uocat: illi contrà, me Generum uocant: & isti uxorem meam Nurum.[b] Simili nomine, & sponsæ meæ patrem, matrem ue, nuncupo: ego q; illis sum Gener, & sponsa mea, patri & matri meæ, Nurus.[c] Attamen impropriè, in sponsalibus hæc nomina usurpari solent;[d] & ideo si in statutis

r §.fi.Instit.de patria potesta.
s §.in adoptionē.ē.
t ut hic.
u §.ciuilis.l.iiij.ē.
x l.adoptiuus.uersic. unde.ff.de rit.nup.
y Geneſis 43.
z ca j. prima distinct.
a Bar l.si is qui pro emptore.nume.43. de usu.cap.
b l.iiij.ē §.& quidā.
c uide,& l.in legib. ff.de testib.l.iij.ē. ad l.pōpe.de parri.
d §.si uxor.Instit.de nupt.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Arbor Agnationis,
SIVE
ADOPTIONIS.

pagina
43



tutis,niſi fauorabilia eſſent,horum nominum fieret mentio, caſum matrimonij, non ſponſalium comprehenderent.[a]

a Iaſon l.quod ſern⁹. de condic. ob cau.

SCAEVOLA. LEX VII.

PRIVIGNVS etiam is eſt,qui uulgò conceptus,ex ea natus eſt,quę poſtea mihi nupſit.ęquè & is,qui,cùm in cõcubinatu erat mater eius, natus eſt ex ea,quæ poſtea alij nupta eſt.

SVPRA uidimus Priuignum Priuignamq́, eos dici, qui aliunde ſunt nati :[b] ut ſi uxor mea ex alio marito filium habuit,ille mihi priuignus eſt:& filius meus quem ex alia uxore ſuſcepi,ei quæ nunc uxor mea eſt, priuignus dicitur.Quod hic Scæuola ad caſum ualde dubium extendit,ut is priuignus ſit, qui non ſolùm ex priore matrimonio,ſed meretricio,aut concubinatu eſt natus.

b l.iiij.§. priuignus.

POMPONIVS. LEX VIII.

SERVIVS rectè dicebat : Soceri,& Socrus,& Generi, & Nurus appellationem etiam ex ſponſalibus acquiri.

IDEM dicendum eſt de Vitrico,& Nouerca : impropriè tamen,ut ſuprà dixi-mus.[c] Item hæc intelliguntur,nõ ſolùm de patre,uel matre: ſed & de auo,proauo,abauo,auia,proauia,abauia,ut Socer dicatur,nõ ſolùm uxoris, uel mariti pater, uel auus : ſed etiam proauus,abauus. Idem in priuigno, genero, nuru,ut tam filij,quàm nepotis,uel pronepotis uxor,Nurus ſit : & filiæ, neptis uel proneptis maritus Gener.[d] Sed iſti qui præter patrem & matrẽ,filium & filiam exiſtunt, dicũtur Proſocer, Proſocrus,Progener,Pronurus.[e]

c Iaſ.d.l.quod ſerui⁹.

d l.adoptiuus.§.fi.ff. de rit.nupt.

e l.iij §.item.ff.de pactis,l.iiij.

PAVLVS. LEX IX.

STEMMATA cõgnationum directo limite in duas lineas ſeparantur : quarum altera eſt ſuperior,altera inferior. Ex ſuperiore autem & ſecundo gradu tranſuerſæ lineæ pendent,quas omnes latiore tractatu habito in librum ſingularem contexuimus.

COGNATIO recta eſt duplex : ſuperior parentũ,inferior liberorum.[f] Tranſuerſa uerò cognatio ex ſuperiore pendet,id eſt naſcitur:[g] omnes enim trãſuerſi,uel à patre matreq́,uel ab alijs parentibus nati ſunt :[h] unde Paulus,cognationum gradus dinumerans,poſt ſuperiores cognatos,ſtatim antequàm ad inferiores tranſeat, tranſuerſos ſubiungit.[i] Caius tamen inferiores prius dinumerauit :[k] ob eã fortaſsis cauſam,quòd in nominibus inferioris cognationis cognatio etiam tranſuerſa recipiatur, ſi ſtipitem non reſpiciamus, ſed cognatos inter ſe, cognati uerò ſuperiores inter ſe : tantùm abeſt,ut ſint tranſuerſi,cùm ne affines quidem dicantur cum ſint uirorum & uxorum cognati.[l] Tranſuerſa item cognatio ex ſecundo gradu pendet :[m] hoc eſt, (ut Accurſius exponit) ex inferiore linea :[n] ſed falſa eſt interpretatio. nunquã enim tranſuerſa ab inferiore pendet,ſi ſtipitem reſpiciamus,qui cùm de alicuius cognatione agitur,ſemper conſiderandus eſt.[o] Item exponere ſecundum gradum pro inferiore linea,quid abſurdius eſſe poteſt? Aliter ergo Paulus,& quidem duobus modis explicari poteſt: primò,ut trãſuerſa linea,à ſecũdo gradu pendere dicatur : quia ab illo incipiat.[p] Vel ſecũdo (& rectius) tranſuerſa linea pendet à ſecundo gradu,id eſt, ab his,qui inter ſe ſunt in ſecundo gradu : uidelicet à fratribus & ſororibus : quòd ſi inter ſe fratres nõ ſint,qui ex illis naſcuntur,tranſuerſi inter ſe nõ erunt. Verbi gratia:

f l.j.in princ.ff.eo. g ut hic. h Theoph.Inſtitu.de ſucceſſ.liber. i l.ſi.j.§.primo gradu.uſq; ad finẽ legis. k l.j.§.primo gradu. cum ſeq. l patet in arb. cõſan. m ut hic. n glo.hic. o §.at quoties.ſi.j.l. l.j.ff.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

Omnes qui ex duobus fratribus,ſororibuśue naſcũtur,ſunt inter ſe trãſuerſi:ſic,ego & patruus meus ſumus tranſuerſi: & omnes illi,qui ex nobis geniti ſunt: quoniam patruus,& pater meus,inter ſe fratres ſunt.ſic magnus meus patruus,& ego,omẽsq́ qui ex nobis proueniũt,ſumus tranſuerſi: quia auus meus & magnus patruus,inter ſe ſunt fratres.Idem de auunculo meo magno,& me,omnibusq́ qui ex nobis naſcuntur,dicendum eſt: quoniam auia mea ſoror eſt auunculi mei magni.Qui uerò ex fratribus aui,& ex fratribus auiæ deſcendũt, inter ſe ideo tranſuerſi non ſunt,(imo neq́ affines) quia auus & auia non ſunt fratres: quod idem in omnibus alijs tranſuerſis cenſendum eſt.

LEX X. IDEM.

IVRISCONSVLTVS cognatorum gradus & adfinium noſſe debet; quia legibus hæreditates,& tutelæ ad proximum quenq́ agnatũ redire cõſueuerunt.Sed & edicto prætor proximo cuiq́ cognato dat bonorum poſſeſsionem.[a] Præterea lege iudiciorum publicorum cõtra adfines & agnatos teſtimonium inuiti dicere non cogimur.[b]

a SVPRA demonſtrauimus,quonam pacto legitimæ hæreditates,& bonorum poſſeſsiones, ad proximum quenq́ redire poſsint: nunc oſtendendũ eſt qualiter tutelæ,ad proximos pertineant: ſed prius eſt aduertendum,quod dicitur, hæreditates, bonorum poſſeſsiones,tutelas,ad proximum redire: [a] & ſi plures ſint proximi, ad omnes.[b] Hoc intelligendum eſſe, modò proximi eiuſdem ordinis exiſtant: nam ordo ordini præfertur,[c] etiam ei,qui gradu proximior eſt.[d] Tres autem ſunt ordines, Inferiorum,Superiorum,& Tranſuerſorum.[e] Prior ordo Inferiorũ, qui inter ſe, cùm ex diuerſis filijs nati ſunt,nullam prælationem (ut ſupra docuimus) habent: [f] cæteris omnibus ſiue aſcendentibus,ſiue tranſuerſis, etſi in primo gradu ſint, præferuntur: etiam ſi in ſexto gradu exiſtant: [g] nam trinepos,qui in ſexto gradu eſt,patri præfertur,quamuis ſit in primo. Secundus ordo, eſt Aſcendentium: & iſti, etiam ſi in ſexto gradu fuerint,tranſuerſis,licet propinquioribus,præferuntur:[h] exceptis fratre & ſorore utrinq́ coniunctis,& illorum filijs, qui cum ſuperioribus ſemper concurrunt.[i] Tertius eſt Tranſuerſorum ordo,[k] qui duplex eſt: nam aliqui ſunt Agnati, alij Cognati: ſed Agnati,etiam ſi longiſsimo ſint gradu,Cognatis propinquioribus anteponuntur.[l] Sic uidemus in bonorum poſſeſsionibus quæ proximo cuiq́ deferri dicuntur,[m] & tamen,priorem locum obtinet,poſt bonorum poſſeſsionem Vnde liberi,bonorũ poſſeſsio Vnde agnati, deinde ſuccedit bonorũ poſſeſsio Vnde cognati.[n] Sic legitima tutela (de qua,quoniam nihil adhuc diximus,fuſius eſt dicendũ) licet proximiori dicatur deferri,[o] tamen agnatis,qui ſunt in ſecundo ordine,defertur.[p] Dicitur autem legitima tutela,quæ à lege duodecim tab.defertur,[q] quoties nullus teſtamentarius eſt tutor: [r] defertur autem proximioribus, ab inteſtato uenientibus,[s] quoniam is qui in illis bonis ſucceſsionem habere ſperat,tueri & conſeruare bona illa debet.[t] Vnde ſi ſint plures,quia omnes ſuccedere debẽt, quãdo æquè ſunt proximi,ad omnes ſimul hæc tutela deferri ſolet: [u] niſi propter ſexum,uel ætatẽ, aut morbum excuſentur: ut mulier,[x] impubes,ſurdus,mutus: [y] tametſi hodie mulier tutrix legitima eſſe poſsit,[z] ſed uolens tantùm: cùm alij ſint neceſſarij tutores,ſi excuſationẽ nõ habeant.[a] Sed ſi tutrix eſſe nolit,tutorẽ idoneũ ſaltẽ petere cogitur.[b] Quinq́ autem modis legitima tutela defertur. Primò,ex uerbis & mẽte legis duodecim tabularum,quæ agnatis proximioribus tutelam defert: [c] Secundo ex mente tantum, cùm patroni ad libertorũ ſuorum legitimam tutelam uocãtur.[d] Ideo autem legitimi dicuntur,quia quod fit ex legis mente,dicitur eſſe ex lege.[e] Tertio,pater filij ſui,aut nepotis,legitimus eſt tutor: quoties illum,cùm adhuc impubes eſt, emãcipauit: [f] Verùm neque ex legis uerbis, neque ex mente,dicitur legitimus tutor cùm propter emancipationem,iure ciuili ipſe incognitus eſſet. [g] Sed Bartolus, ex eo legitimum dici credidit, quòd per ſenatuſconſultum Tertullianũ uocaretur.[h] Cuius ſententiæ minime

a ut hic.
b l.antepe ff. de legi, tuto.
c Theoph. §. ex his. Inſtit. de grad.
d §. mortis. inſtit. de ſer. cogna.
e l.j. in princ.ff.eod.
f §. cum filius. Inſtit. de hær. quæ ab inteſta.to.
g §.reperiis. Inſti.de ſ.r.cogna.
h §. ſi ſe. tur i. auten. de hæred.ab inteſt.
i Aut. de funct. cum ſuis.ad tertull.
k Aut.de hæred. ab inteſta. in princ.
l §.antem. Inſtit. de ſer.cogna.
m ut hic.
n l.j.§.ſi tab.teſt. nu.
o ut hic.
p l.ſunt autem. cũ ſi. §. de leg tuto.
q l.v.in princ. de leg. tuto.§.
r l.inteſtato.ff.eo.
s ut hic.
t l.j in princ.§. de legit.tuto.
u l.antepe §. de leg. tuto.
x l.iij §.ſi duo.ff.eo.
y l.pe.&ſi.eo.
z §.ſi.aut.de hær.ab inteſta.
a Inſtit.de excuſ.tuto. in princ.
b l.iij §.ſi mater.j.ad tertull.
c Inſtit.de leg.ag.tut.
d Inſtit.de leg.patro. tutel.
e l.nominis.§.uerbũ. de uerb.ſig.
f Inſtit.de leg.paren. tutel.
g Theoph. Inſtitu.de leg.patro.tutel.
h Bart.d.ſtatut. C. de leg.tuto.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

nime adſtipulor : quoniam non per Tertullianum,ſed ex edicto pater uocatur.[a] Arbitrarer igitur, hunc patrem propriè legitimum non eſſe : ſed legitimi uicem duntaxat ſuſtinere :[b] quia cùm iure prætorio tantùm,ad filij emancipati hæreditatem uocetur :[c] ſicut prætor legitimum hæredem facere non poſſet,[d] ita nec legitimum tutorem.[e] Veruntamen quoniam aliquando legitimus hæres eſſe poteſt,ut puta,quando contracta fiducia filium emancipauit :[f] ob id puto illum plerunq; legitimum tutorem appellari.[g] Sed aduerſum hæc obſtare uidetur legitima agnatorum tutela,quę cùm per emancipationem tollatur,[h] uidetur fieri non poſſe,ut pater per filij emancipationem,legitimus tutor eſſe poſsit.Sed reſpondendum eſt,in omnibus agnatis,prę ter patrem,ius ſucceſsionis,ſaltem olim,[i] non tamen hodie,[k] per emancipationem tolli : & per conſequens onus tutelæ :[l] ſed ex diuerſo patri, propter legitimi filij emancipationem duntaxat,defertur ſucceſsio : hincq; tutela, quia ſi emancipatus nõ fuiſſet,legitimũ hæredẽ habere nõ poterat :[m] olim uerò,pater emancipator, ex contracta fiducia : ea non contracta,ex prætoris edicto ſuccedebat.[n] Hodie, ſemper ex conſtitutionibus uocatur :[o] Idq; in emãcipationis fiebat pręmium : quæ ratio in cæteris agnatis ceſſat.Hodie uerò,ſi pater filium ſuum non emancipauit,illius nõ eſt legitimus tutor : ſed legitimus adminiſtrator.[p] Quarto,iſtius filij emancipati, cuius tutor pater eſt legitimus, patre mortuo,frater eſt fiduciarius tutor, aut patruus, aut etiam pater,ſi nepos eſſet qui emancipatus fuit.[q] Sed hîc non parua eſt ambiguitas,quare filius emancipatoris,non eſt perinde,emancipati legitimus tutor : ſicut filius patroni,eſt legitimus liberti tutor.Quod reſpondit Iuſtinianus,[r] ob id eſſe,quòd libertus,ſi manumiſſus non fuiſſet,in filij ſimilem recidiſſet poteſtatem, in quam fratris non recidiſſet filius,ſi à patre emancipatus non fuiſſet : locum tantum modo habet in fratre,aut patruo emancipati : ſed non in patre, in cuius poteſtatem nepos,auo mortuo,recidiſſet, cùm nunquam emãcipatus fuiſſet.[s] Vnde mirum uidetur cur pater ille eſt fiduciarius tutor,non legitimus.Ego,omiſsis aliorum in hoc articulo nugis,Reſpondeo : fratrem legitimum eſſe fratris tutorem, quando uterque agnatus eſt :[t] hoc eſt, quando neuter illorũ eſt capite diminutus, quæ capitis diminutio per emancipationem contingit.[u] Vbi uerò frater emancipatus eſt,ſolus emancipator legitimus tutor eſt,ſi contracta fiducia emãcipauit :[x] quòd ſi nulla eſt cõtracta fiducia, uicem legitimi tantummodo ſuſtinet :[y] mortuo autem emancipatore,liberi illius nõ erant legitimi hæredes :[z] & per conſequens nec legitimi tutores : quod in patronorum liberis ſecus erat.[a] Ratio fuit : quia inter illos per emancipationem ius agnationis corruptum erat :[b] inter iſtos uerò, per manumiſsionem naſcebatur.[c] Illi igitur tutores[d] fiduciarij à fiducia (ut arbitror) dicti fuerũt :[e] ſed hodie etiam legitimi tutores uocantur, quoniam ex imperialibus cõſtitutionibus fiunt hæredes.[f] Et hac ratione, quinto modo,omnes tam agnati,quàm cognati, legitimi tutores exiſtunt : quia iure legitimo ſuccedunt;cùm ſublata ſit agnationis & cognationis differentia.[g]

b QVONIAM ea quæ publicam concernunt utilitatem,recuſare non poſſumus :[h] mirum non eſt,ſi teſtimonium,quod & munus publicum eſt,[i] inuiti dicere, potiſsimum in ciuilibus cauſis,cogamur.[k] Duos caſus Paulus hic excipit : Primus eſt,ratione agnationis.Nam parentes,& liberi, & ſic omnes recti in infinitum,[l] nec pro ſe,nec contra ſe,[m] nec uolentes quidem,quamuis in parentum poteſtate non eſſent,[n] teſtimoniũ dicere poſſunt.Niſi fortaſſe de peccati correctione agatur,[o] aut matrimonio dirimendo.[p] Sed & miles,dum,antequam à militia miſſus ſit,teſtetur,[q] in teſtamento ſuo patrem, uel matrem, teſtes adhibere poteſt.[r] Pro tertij item negotio,pater & filius,teſtimonium dicere poſſunt :[s] quinimo & pro ſe, ſi aduerſarius patri filium teſtem producere uolenti conſentiret.[t] Prætereà ſi de filij ætate facienda ſit atteſtatio, mater admitti poteſt,[u] & aliquam præſumptionem inducit,quæ tamen unius teſtis non æquipollet teſtimonio.[x] Tranſuerſi uerò cognati,teſtes produci poſſunt,[y] cùm aliqua lege non reperiantur prohibiti :[z] ſed tantùm parentes & liberi.[a] Et hoc uerum eſt modò nõ ſint ſub eiuſdem poteſtate,[b] aut in eadem domo non maneant :[c] alioqui domeſtici cenſerentur.Domeſticum autem teſtimonium reijcitur.[d] Sed & ſi de graui agatur præiudicio, tranſuerſi non ſunt omni exceptione maiores,[e] ut in criminali cauſa,in actione iniuriarũ,[f] in cauſa ciuili admodũ graui.[g] Attamen, ſi frat

a l.æquiſsimum,ſ.ad Tertul.
b l.iij.in fi.ẽ.de te.tu.
c l.j.ẽ.ſi à parẽ, quis ma. cum ſim.
d §.quas autem.Inſt. de bon.poſſ.
e arg.§.fi.auf.de hæred.ab inteſta.
f §.fi.Inſtit.de leg.ag. ſucceſ.
g Inſti.de leg.par.tu.
h l.tutelas.ff.de capi. dimi.in princ.
i §.emancipati.Inſt. de hær. q̃ ab inteſt.
k l.ne lucrum, C. de cur.fur.
l Inſtit.de leg.patro. tutel.ỹ.quia.
m l.ij.de caſtr.pec.ff.
n §.fi.Inſtit. de legi. agn. ſucc. d.l.j.ſi à parent.
o l.fi C. de emancip. liber.
p l.j.C.de bo. mater.
q Inſtit.de fiducia.tutel. & ibi latius Theophil.
r Inſtit.de fid. tutel.
s Inſti.quib.mod. ius pat.pot.in princ.ỹ. itaque:
t ita intel.tit.de leg. ag.tutel.
u l.fi.ff. de cap.dim.
x & ita intelligitur tit.de leg.par.tutel.
y l.iij.ſi fi.ẽ.de leg.tu.
z l.j.§.liberos.ẽ. ſi à paren.quis man.
a Inſtit.de leg.pat.tu. & de ſucc.liberto.
b Theoph.Inſtit. de leg.patr tutel.
c l.j.ẽ.ſi à par.q̃s ma.
d arg.Inſti.de fid.hę red.in princ.
e l.iiij.C. de leg. tut.
f d.l.ne lucrum.C. de cur.fur.
g §.ex his.§.nullam. auf.de hæ.ab inte.
h Inſtit.de exc.tut. in princ.cum ſimil.
i glo.j.l. ſi quando. C.de teſtib.
k c.delictorũ. de teſt. cogen.
l l.iiij.de in ius uoc. cum ſim.ff.
m l.parentes.C. de teſtibus.
n arg.l. appellatione parentum.de uerb. ſignific.
o cap.in omnibus eẽ de teſtib.
p c præterea. 20. q. 3.
q §.ſed & ſi filiꝰ.Inſt. de teſta.
r l.qui teſtamento.§. per contrarium. ẽ. de teſta.
s §. j ỹ.Inſtit.de teſta.
t argu l.fi.§.fi. C. de temp.appel.
u l.etiam.ff.de proba.
x l.fi.ff.de proba.
y c.fras de pſump l.ſi fororẽ. C. de his q accuſare.
z l.j.in princ. de teſt.
a d.l.parentes.
b gl.d.l parentes.
c arg.l.cũ allegas.C. de caſtr.pec.lib.10
d l.ij.C. de teſtib.
e l.lege Iul.ff.de teſt.
f l.lex cornel.cũ glo. ij.ff.de iniur.
g Bald.d.l. parentes.

si frater uir sanctimonia plenus esset,[a] aut utrique litigatori pariter coniunctus,[b] aut ab aduersario expressim non reiceretur, idoneus testis semper censetur.[c] Secundus Pauli casus est, in adfinibus. Nam adfines etiam ob sponsalia tantùm [d] nec pro se, nec contra se inuiti testimonium dicunt,[e] nec in ciuili causa.[f] Si tamen testes esse uelint, reiici non possunt: cùm non prohibeantur,[g] sed tantum in illorum fauorem introductum fuit, ne cogerentur.[h] Vbi uerò testantur, utriusq; litigatoris nomine testimonium recipere oportet.[i] Sunt & alij casus, in quibus inuiti testes nõ cõpellũtur, propter ætatẽ minorem,[k] aut maiorem,[l] uel iurisdictionẽ,[m] aut loci periculũ,[n] uel tẽporis importunitatẽ,[o] aut publicã occupationẽ,[p] quos hic latius explicare, præsentis operis nõ est: modò intelligas, illos locũ nõ habere, quoties aliter ueritas sciri nõ possit.[q]

NOMEN cognationis à Græca uoce συγγενὴς, dictum uidetur, συγγενεῖς enim illi uocant, quos nos Cognatos appellamus. Cognati sunt, & quos Adgnatos lex duodecim tabularum appellat. sed hi per patrem cognati sunt ex eadem familia: qui autem per fœminas coniunguntur, cognati tantum nominantur. Proximiores ex agnatis sui dicuntur.

HIC manifestè collígitur neminem ex cognatis suum hæredem esse. Sed nec omnes agnati sui sunt, sed proximiores tantùm:[r] nam cùm in inferiore cognatione, item & in transuersa, agnati reperiantur, nulli qui ex transuersa sunt, Sui dicuntur:[s] imò nec illi, qui ex inferiore sunt, nisi mortis parẽtis tempore, & in potestate,[t] & proximiores existant.[u] Isti autem Sui ex lege duodecim tabularum, primi ad hæreditatem uocabantur:[x] illis enim adeò debita est successio, ut Suorum nomen demeriti sint:[y] quasi sibiipsis succedant: cùm etiam ante defuncti mortem Domini quodammodo dicantur.[z] Vnde sine ulla hæreditatis aditione, hæredes existunt,[a] etiam inuiti, & ob id Necessarij appellati: tametsi ex prætoris beneficio se ab hæreditate (nisi naturales essent,[b] per curiæ oblationem, legitimi facti) abstinere possint.[c] Sui igitur per hæreditatis obuentionem, cùm à defuncto ad illos cõtinuari dominium dicatur,[d] nihil quod nouum sit acquirere præsumuntur:[e] adeò ut titulo pro hærede careant.[f] Vnde in plerisq; locis, quibus lex municipalis est, ut pro noua acquisitione alicuius dominij census aliquis, aut tributum pendatur: uidimus, suos hæredes hæreditatis causa nihil persoluere: quod statutum iuri ciuili, ut ex suprascriptis liquet, cõuenit.[g]

Habent & Sui hæredes, alia multa commoda: nam etiam ignorantes hæreditatem acquirunt,[h] eaq;, quæ in testamento descripta sunt, scire præsumuntur.[i] Alij uerò hæredes, si inscij sunt, hæreditatẽ acquirere minime possent.[k] Furiosus item, & pupillus si sui sunt, ipso iure hæredes fiunt:[l] si non sint, citra curatoris, uel tutoris autoritatẽ, adire nequirent.[m] Item qui sui sunt hæredes,[n] & non alij,[o] hæreditatem non aditam, ad proprios hæredes transmittunt. Sed contra quispiam opponet: matris filij, qui respecta matre, licet sui non sint,[p] hæreditatem tamen non aditam transmittunt.[q] Respondẽdum est filios, siue patris, siue matris, ad liberos, sola consanguinitatis, non sui tatis ratione hæreditatem transmittere.[r] Ad extraneos uerò hæredes, etiam si ex superiore cognatione essent, nemo, ex eo solum quod consanguineus[s] sit, nisi & suus, ipsi defuncto hæres esset,[t] hæreditatem non aditam, transmittere posset. Alium effectum producit suitas, quoniam impedit, ne hæreditas aliquo tempore iaceat,[u] cum illam ipso iure transferat.[x] Vnde Baldus existimauit, contra huiusmodi hæreditatem, quasi iacentem, nec agi, nec illi curatorem dari posse.[y] Verùm huic sentẽtiæ Castrensis cum plerisq; alijs refragatur:[z] non enim iacere dicitur hæreditas, quoties de suorum commodo tractatur:[a] secus si de aliorum damno agatur.[b] Et idcirco cùm isti Sui, abstinendi beneficium habeant,[c] licet ob id ipso iure hæredes esse non desinant,[d] tamen creditorum respectu pro emancipatis habentur,[e] ita ut si hæreditatẽ relinquere uelint, nullo modo conueniantur:[f] unde aduersus hæreditatem, ceu iacentem, creditores, ne moram diutius patiantur, agere poterunt.[g] Est & alius Suorum effectus, quòd si hæreditatem repudient, olim adhuc perpetuo[h] illam consequi poterant: hodie intra triennij tantùm: modò res hæreditariæ alienatæ non sint.[i] quamuis enim

a l.quod si nolit.§.q mãcipiũ.ff.præsumptum.ff de ędil.ed.
b l.nõ solũ. ff. de rit. nupt.
c Bal.l.fi qs testibus, nu.7.C.de testib.
d l.i legibus.ff.de te.
e ut hic.
f gl.l.iiij.ff. de testib.
g l.j.§.adhiberi,ff.de testibus.
h ut hic.
i gl.fi.aut.sed iudex. C.de episc. & cler.
k l.inuiti l.in testimonium.ff. de testib.
l l.fi.C.q ætate.lib.x.
m l.nullum.C.de test.
n c.horramur.x. q 9.
o l.j.i prin.de feriis.
p l.inuiti.
q l. ut gradatim.§. ãties.de nu.cũ fi.
r ut hic.
s Theoph.§. ex his. Instit.de grad.
t §.emancip.Instit.de hæred.quę ab inte.
u §.sui autem.Inst.de hær.qualit.
x §.j.Instit.de hæred. quæ ab testa.
y l.fi.in princip.ff.de bo.dam.alias est l. j.de porr.q̃ lib.dã.
z l.in suis.ff.de lib.& posthu.
a l.in suis.ff.de suis & leg.
b §.& qm̃ uarie.aut. qb.mod.nat.eff.sui.
c §.sui.Inst.de hęr.q̃l.
d d.l.in suis.ff.de lib.
e Ang.§.sui aũt.Instit. de hær.q̃ ab intest.
f l.nihil.cũ ibi no.C. pro hæred.
g d.l.fin.de bo.dam. d.l.i suis.de li.cũ fi.
h §.sui.Instit. de hær. quæ ab intesta.
i l.eius qui in prouincia.circa fi.ff.quod si ꝓponat.ff. si cert. pet.
k gl.l.ispõt.ff.de acq. hæredi.
l d.§.sui.Instit.de hæred.quæ ab intesta.
m l.more. ff. de acq. hæred.
n l.unica.§.in nouissimo.C. de cad.tol.
o l. si ex pluribus.ff. de suis & leg.
p l.nulla,de suis.
q l.unica.C.de his q ante aper.tab.
r d.l.unica.eo.tit.
s l.ij.C.ad se.or.cũ gl.
t l.apud hostes.C. de suis & leg.
u gl.l.cũ hæreditas. C.depos.
x d.l.i suis.ff. de suis.
y Bal.l.cũ hæreditas.
z Docto.d.l. in suis. ff.de lib.& posthu.
a l.liber homo. §. fi. ff.de stip seruo.
b arg.l.iiij. §.fi.ff.de bon poss.cõtratab.
c §.sui autem. Instit. de hæred.qualit.
d l.j.§.q sunt i ptãte. ff. si quis omiss. cau.
e l.nam nec emancipati.ff. de leg.j.
f l.necessarijs .ff. de acqui hæred.
g arg.l.j.in princ. de succ.edict.ff. h l.fi quis suus.ff.de iur.delib. i l.fin.C.de repud.hæred.

ab hær

ab hæreditate ſe abſtineant,propter ſuitatem nihilominus, hęredes remanent : [a] quoniam cùm etiam ante defuncti mortem quodammodo (ut diximus) domini eſſent, [b] quod iam acquiſitũ eſt,amplius repudiari non poteſt.[c] Sed an ſicut quaſi domini, uiuente patre exiſtunt ſui : ita & quaſi poſſeſſores dicuntur : & dici nonnulli uoluerunt,[d] adeo,ut ſine ulla poſſeſsionis apprehenſione (quod in alijs hæredibus ſecus eſt) [e] rerum hæreditariarum poſſeſſores eſſent : quorum opinio uera eſſe poteſt in poſſeſsione impropria : in ea uerò quæ poſt defuncti mortem uera per apprehenſionem effici ſolet,illius continuatio ſine apprehenſione nunquam intelligitur. [f] Certũ eſt autem,ſolum defunctum,& non alium (cùm duo eiuſdem poſſeſsionis reſpectu in ſolidum poſsidere nequeant) [g] uerè poſſediſſe, [h] ueramq; illam poſſeſsionem animo retinuiſſe : [i] qui animus per mortem ceſſet, [k] & illa quoq; uera poſſeſsio extinguitur : [l] Vnde noua apprehenſione opus eſt.

a l.cũ quaſi. §. ſed & ſi ſuus.ff.de fid.lib.
b d.l in ſuis.ẽ. de libe.& poſthu.
c l.j.§.decretalis.ẽ.titu.proxi.
d gloſ.uerb.quodam modo.d.l.in ſuis.ẽ. de lib.& poſthu.
e l. cum hæredes. in prin.ff.de acq.hęr.
f l.j. §.fœuola . ff. ſi quis teſta.liber.
g l.ſi ut certo.§.fin.ff. commod.
h l.poſſeſſio.§.j.ff.de acq.poſſ.
i l.licet.C.de acquir. poſſeſ.
k l.iiij.ff.locati.
l l.qui uniuerſas.§.q; colonus.ff. de acq. poſſeſ.

INTER Agnatos igitur & Cognatos hoc intereſt,quod inter genus & ſpeciem : nam qui eſt Adgnatus,et Cognatus eſt : non utiq; autem qui Cognatus eſt,& Adgnatus eſt : alterum enim ciuile,alterum naturale nomen eſt.

QVATVOR ſunt nomina ꝓpè ſynonyma, Cognatus,Agnatus,Cõſanguineus, & Proximus.Cognati generaliter & ſpecialiter ſicut adoptio accipiũtur.[m] Generalio re ſignificatione,cognati dicuntur omnes parentes,omnes liberi, trãſuerſiq; omnes.[n] Generali uerò ſignificatione dicũtur omnes trãſuerſi,ſiue ex maſculis, ſiue ex fœminabus deſcendant.[o] Sed ſpeciali ſignificatione,Cognati ſunt,qui per fœmineũ ſexum nobis cõiunguntur.[p] Hoc eſt ratione fœminarũ nobis coniunctarum ſunt duntaxat nobis coniuncti : [q] Agnati uerò illi ſunt,qui nobis, per uirilẽ ſexum cõiunguntur : [r] & in hac tantùm ſpeciali ſignificatione accipiũtur.[s] Vnde Paulus hic ait,inter Agnatos & Cognatos,hoc intereſſe,quod inter genus & ſpeciẽ : & iſti Agnati,aliàs legitimi uocantur : [t] quia à lege inuenti ſunt.[u] Vnde rubricam habemus Vnde legitimi, ſiue Vnde agnati.& hac ratione ſtrictius accipiũtur agnati,quoniã à lege tantùm inuenti,quàm cognati,qui & natura & iure nõ ſunt incogniti : ob idq; Cognationẽ ſupra diximus eſſe proximitatis ſubſtãtiã,Agnationẽ uerò qualitatem dũtaxat. Vnde dicere ſolemus,Gradus cognationũ,[x] non agnationum: nulli enim ſunt præterquam in adoptione (ut aliàs docuimus) agnationũ gradus : cùm perinde filius emãcipatus, qui agnatus non eſt,in primo gradu ſit, ac filius in poteſtate : & uterinus frater, qui tantùm cognatus eſt,[y] ita in ſecũdo gradu numeratur,[z] atq; frater cõſanguineus, qui eſt agnatus. Tertio eſt Conſanguinitas,quæ generali ſignificatione,apud põtifices idem ſignificat,quod cognatio,generaliſsimè ſumpta.[a] Sed & ſecundum Accurſium Cõſanguinei pro cognatis,id eſt his,qui per fœminas deſcẽdunt,accipiuntur.[b] Proprièe tamen,cõſanguinitas,pro cõiunctione fraterna uſurpatur.[c] Conſanguinei enim dicũtur fratres,[d] quod inter ſe ſanguine ſint connexi : nec intereſt, an ſint exhæredati,uel deportati,cùm etiã,ſi nunquam in poteſtate patris eorũ fuerint, Conſanguinei dicantur.[e] modò ex eodẽ patre nati ſint : nã ſi ſint ex eadẽ tantũ matre, appellantur Vterini.[f] Ex his ſequitur,conſanguinitatẽ,agnationis ſpeciem eſſe, ſicut agnatio cognationis.Omnis enim cõſanguineus,agnatus eſt :ſed nõ ecõtrà, omnis agnatus dicitur cõſanguineus, cùm ſoli cõſanguinei ſint frater & ſoror. Scio Ioan.Andr.cõſanguinitatẽ aliter diffiniſſe, [g] ut eſſet uinculũ perſonarum,ab eodẽ ſtipite prouenientiũ per carnis copulã.quæ diffinitio,neq; in ſpeciali ſignificatione uera eſt, ut patet in fratre uterino : neq; in generali,ut patet in patruo,& auunculo, qui mihi conſanguinei ſunt, nõ tamen ab eodẽ ſtipite proueniẽtes.[h] Quarto,eſt Proximitas,quæ etiam generaliter accipitur pro omni cognatione : [i] cùm enim à propè fiat, Proximi uox (inquit Alciatus) ualde generalis eſt,[k] ita ut uicinus proximus dicatur: & quãuis ſuperlatiuum nomẽ ſit,ita ut poſitiuum pręſupponere deberet, [l] & de pluribus prædicare, in uno tamen uerũ eſt: proximumq; cũ dicimus qui ſolus eſt:[m] & tam de eo,qui tempore quo defertur bonorum poſſeſſio proximior eſt,q̃ quo quis inteſtatus decedit.[n] Speciali uerò ſignificatione,Proximi,de cognatis tantùm per fœminas nobis cõiun-

m l.j.ff.de adopt.
n Theoph. Inſtit. de leg.ag.ſuc.in princ.
o l.pe.ẽ.unde legit.
p §.atqui.Inſtitut. de leg.ag.tutel.
q §.cognationis origo.j.eadem lege.
r §.j.Inſtit.de leg.ag. tutel.
s l.pe.ẽ.unde legit.
t rub.ẽ.unde legi.
u Theoph. Inſtit. de nup.§.cognatio.
x Inſtitu. de grad.in ru b.l j in princ.ẽ.
y §.cognationis.j̃.
z §.ſecũdo gradu.ỹ. frater.j̃.
a c.non debet.ỹ prohibitio.de cõſang.
b gloſ.uerb.cõſanguineum.l.cum quidã §.j.ẽ. de acq.hære.
c §.cæterum.Inſti. de leg.agn.ſucc.
d l.ij.§. agnati.j̃. de ſuis.
e l.j.§.cõſanguineos. j̃.de ſuis.
f Auſ.de conſang.& uter.fratr.
g Ioã. And. in arbo. cõi.in gloſſ. uerbo deinde.
h l.iiij.§.affines.ẽ.e.
i l.cum alienam.C.de lega.Inſtit. de ſeru. cog.in princ.
k Alcia.l.proximi.& l.proximus.de uer. ſignific.
l l.ubi.in princ.ff. de uerb.oblig.
m l.j.§.proximus.ẽ. unde cognati.
n l.ij.§.proximum.j̃. de ſuis.

ctis dicantur:[a] quoniam (inquit Decius) Cognati, ſolum proximitatis cauſa uocãtur, Agnati uerò, potius ratione agnationis, quàm proximitatis admitti ſolent.[b]

a l.iiij.§.unde cogn. l.ad inteſtati.C. de leg.hæred.
b Decius.l. ſi bonorum.C. qui admit.

NON parcimus his cognationum nominibus, etiam in ſeruis. Itaq; parentes, & filios, fratresq; etiam ſeruorum dicimus. Sed ad leges ſeruiles cognationes non pertinent.

SERVI quod ad ius adtinet, pro nullis habentur:[c] & ideo quo ad iuris effectũ nõ poſſunt habere cognatos, niſi eos, quos poſt libertatem genuerũt: nullam igitur ſuperiorem cognationem, neq; tranſuerſam, quia ex ſuperiore naſcitur, habere poſſunt, ut Theophilus autor eſt.[d]

c l.in perſonam. de reg.iur.cum ſim.
d Theoph. Inſtit. de ſucc.libert.

COGNATIONIS origo & per fœminas ſolas contingit: frater enim eſt, & qui ex eadem matre tantùm natus eſt. Nam qui eundẽ patrem habent, licet diuerſas matres, etiam adgnati ſunt.

OMNES qui fœminarum duntaxat cauſa nobis coniuncti ſunt, illi ſunt cognati, etiã ſi fratres ſunt.[e] Ex quo ſequitur, unũquenq; multo plures cognatos, q̃ agnatos habere: nã mater cognata eſt, quoniã legitimo iure non ſuccedebat olim, ſed tantùm tanquam cognata uocabatur.[f] Omnes igitur, qui matris cauſa ſunt proximi, cognati erunt: ut frater uterinus, & ſoror, omnesq; qui ex illis progeniti ſunt: item omnes auunculi, magni auũculi, proauũculi, abauũculi, & ex illis nati natæue. Item auus maternus, omnesq; ſuperiores, ex quibus deſcẽdit: itẽ utraq; auia, tam paterna, quàm materna, & omnes qui illarum ratione recto, aut ex latere nobis coniungũtur. Item matertera, matertera magna, promatertera, abmatertera, & ex illis nati: itẽ nati ex amitis, filiabus, ſororibus cõſanguineis: ſed omnes iſtæ fœminæ agnatæ ſunt. Item oẽs, qui geniti ſunt, ex fœminabus natis ex filio: ſed ipſę fœminæ ſunt agnatæ.[g] Soli uerò illi agnati ſunt, quos in arbore noſtra, quam de adoptione confecimus, uidere licet. Nam qui patris mei familiã ſequitur, mihi Agnatus eſt: qui nõ ſequitur, eſt Cognatus.[h] ſequimur autem alicuius familiam, quando illius conditionem, aut ſtatum ſequimur.[i]

e ut hic.
f Inſtitut. ad tertul. in princ.
g Theophi. Inſtit. de nup. §. cognatio. & de leg. agn. tutel. in princ. & de leg. ag. ſucc. in princ.
h §.j. Inſtit. de leg. ag. tutel.
i arg. l. pactum. C. de rei uend. cum ſim.

PARENTES autem apud Romanos uſque ad tritauum proprio uocabulo nominantur: ulteriores, qui non habent ſpeciale nomen, Maiores appellantur. Item liberi uſq; ad trinepotem: ultra hos Poſterio res appellamus. Sunt & ex lateribus cognati, ut fratres, ſororesq;, & ex his prognati: item patrui, amitæ, auunculi, & materteræ.

HVNC §. ſupra declarauimus:[k] tantùm cõſiderare oportet, Paulũ de ſpeciali ſignificatione, non de generali loqui: nam certũ eſt, Maiorum appellatione generali, etiam auum, proauum, & reliquos cõtineri:[l] ſpeciali uerò ſignificatione qui ultra tritauum ſunt, Maiores appellãtur. Sic Parẽtum ſignificatio ſpecialis, uſq; ad tritauum dũtaxat porrigitur: generalis uerò etiã ultra tritauũ[m]. Hincq; merito Alciatus Vallam reprehẽdit, qui in horũ uerborũ ſignificatione, à Iureconſulto Paulo diſſenſerat.[n]

k l.j.in princ. §.eod.
l l.lex quæ. §. nec uerò. C. de admi. tut.
m l.iiij.§.parentes. ff. de in ius uoc.
n Alciat. libr. iiij. de uerb. ſignific.

AT quoties quæritur, quoto gradu quæq; perſona ſit: ab eo incipiendum eſt, cuius de cognatione quærimus. Et ſi ex inferioribus aut ſuperioribus gradibus eſt, recta linea ſurſum uerſum, uel deorſum tendendo, facilè inueniemus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quenq; numeremus. Nam qui mihi proximo gradu proximus eſt, is ſecundo gradu eſt mihi. ſimiliter enim accedentibus ſingulis, creſcit numerus. Idem faciendum in tranſuerſis gradibus. Sic frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris uel matris perſona, per quos coniungitur, prior numeratur.

DINVMER

DINVMERATIO graduum,ab eo incipienda eſt,de cuius cognatione quæritur : id eſt,à filio,ſi rectos inferiores computare uelimus : [a] Vel à patre,ſi rectos ſuperiores : [b] & ratio eſt,quoniã ſuperior,& inferior cognatio,à primo gradu , hoc eſt, à patre & filio incipit.[c] Sed ſi tranſuerſos computare uolumus , quia à ſuperioribus naſcuntur,[d] à patre quoq; eſt incipiendum,[e] ſurſum uerſus tendẽdo, uſq; ad eum qui tranſuerſæ cognationis autor eſt,& pater : [f] à quo ad trãſuerſalem, quo de agitur,deſcendendum eſt.[g] Et ex ſupradictis manifeſtè oſtenditur,quàm à Iureconſulto aliena ſit illa graduum communis computatio,qua à Petrutio incipiunt interpretes, dicentes,ſi Titij cognationem computare uelimus , ita incipiendum eſt,Titij pater : Titij auus,proauus : Titij filius,nepos,pronepos,& deinceps.Iureconſultus uerò ita dinumerat : Titius pater : Titij auus,proauus : Titius filius : Titij nepos, pronepos, & ſic deinceps.Vtraq; dinumeratio uera eſt : ſed Iureconſultus apertius rem indicauit, ut ſupra latius docuimus.

a §.quarto.ỹſi. abnepos.ut i ỹ.ut ad ſingulas §. ſexto gradu.ỹ. per ſingulos. j.eadem lege.
b §. quinto gradu.in prin.uerſi.ut ſic.
c l.j.ẽ.uerſi. & ſuperior. & §.primo gradu.
d l.prçcedenti.
e §.quinto gradu.uerſicu.patruus maior. & §.ſexto gradu , uerſic.patruus maximus.cum ſi.
f ut hic,uerſi.idem faciẽdum.& j.§.quinto gradu . uerſicu. ideoq;.
g Theoph.Inſti.de legi.ag.tut.in princi. uerſi.neq; enim.

GRADVS autem dicti ſunt ad ſimilitudinem ſcalarũ , locorum'ue procliuium : quos ita ingredimur,ut à proximo in proximum , id eſt in eum,qui quaſi ex eo naſcitur,tranſeamus.

RECTIVS hic diffinitur gradus,quàm à Ioanne Andrea : qui dicebat, Gradũ eſſe diſtantium perſonarum habitudinem,qua cognoſcitur,quota diſtantia differant perſonæ inter ſe : [h] uerùm ex ipſo gradu diſtãtiam non cognoſcimus, ſed ex graduũ dinumeratione.[i] Gradus igitur, eſt de proximo in proximum tranſitus : [k] & quot erunt remotiores tranſitus (ut iam declarauí) [l] tot erunt gradus. [m] Proinde cum de cognationum nominibus quærimus,unum quodq; nomen, non niſi unum trãſitum habet.[n] Verbi gratia: ſi ſcire uolo,quoto gradu nepos à proauo diſtet:per filij nomẽ aut patris,uel aui,ſemel tantum tranſimus,ſic,nepos à filio eſt in primo gradu,à patre in ſecundo,ab auo in tertio,à proauo in quarto.Si uerò de cognatione alicuius quæramus,ille in ſuperiore cognatione unum tranſitum habet, in inferiore habet alium, in tranſuerſa nullum : quia per ſuperiorem,ad tranſuerſam peruenire ſolemus.[o] Exempli gratia : ſi ſcire uolo, quoto gradu Titij nepos, Titij auus,Titij patruus,ab ipſo Titio diſtent,ſic dinumerabo : Titij filius in primo gradu,nepos in ſecundo : rurſum Titij pater in primo,auus in ſecundo,patruus in tertio.Et huius dinumerationis cauſa,Petrutius ille (ut iam ſæpe dictũ eſt) in arbore communi defendi poteſt. Sed quid differt linea à gradu? Ioan.Andreas uoluit[p] Lineam eſſe perſonarum collectionẽ ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens , & numeros diſtinguens : ſed linea non numeros, ſed cognationes diſtinguit.[q] Diffiniri igitur ita linea poteſt ut ſit limes,quo ſtemmata,[r] id eſt,ordines cognationum dignoſcũtur.[s] Et ſic Cognatio , eſt tota ipſa proximitas : [t] linea,eſt proximitatum ſeparatio.[u] Gradus uerò eſt,de uno proximo in alium tranſitus:[x] nam in cognatione ſunt tres lineæ,ſuperior, inferior,& tranſuerſa: in qualibet uerò linea plures ſunt gradus.

h glo.in.d.uerb. deinde.in arb.conſang.
i §.at quoties.ẽ.
k ut hic.
l l.j.§.& ſuperior.
m §.hactenus,uerſicu. quippe. Inſtitu. de grad.
n ſupra.§.at quoties. uer.nam ſi mihi.
o Theoph. Inſtitu.de leg.ag.ſucceſ.
p glo.d.uerb.deinde.
q ut.ẽ.l.proxima.
r l.præced.
s l.j.in princip.ẽ.eo.
t Inſtit.de ſer.cog.in princip.
u ut in l.præced.
x ut hic.

TRANSEAMVS nunc,& ſingulos gradus numeremus.

ANTE graduum dinumerationem,à Iureconſulto per totam hanc legem relatã, perquam neceſſarium eſt ſeriem noſtram cognationis,quam cõſanguinitatis ſcutum (quòd in illius ſimilitudinem depicta ſit)appellauimus,uidere.Illam enim ex Iurecõſulti mente,ut quilibet animaduertere poteſt,deſumpſimus : & Paulus,qui hactenus intellectus non fuit,& ob id neglectus,nunc omnibus perſpicuus erit,& facilis.Illam igitur hîc propoſuimus,ut nullo labore tota lex facilius intelligatur.

Sequitur Conſanguinitatis Scutum, ſeu cognationis ſeries integra.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

PRIMO gradu cognationis ſunt ſurſum uerſum duo, pater & mater: deorſum uerſum duo, filius & filia: qui tamẽ & plures eſſe poſſunt.

SI plures ſint filij, diuerſi non exiſtimantur, & ideo numerum nõ augent: [a] filia uerò diuerſa eſt, cũ propter ſexum, tum quia cognatos parit. Vnde ſequitur, filiã ſub filij appellatione non aliter contineri, quàm per extenſionẽ. [b] Secus eſt in poſthumo, qui licet iam natum non comprehendat, [c] per filij tamen ſignificationem continetur: quemadmodum natorum, aut deſcendentium appellatione comprehenditur nepos: [d] qui tamen, ex uerbi propria ſignificatione, appellatione filij non uenit, [e] ſed tantum per interpretationem, [f] maximè ubi eſt diuerſa ratio: [g] nam ſi eadem eſſet ratio, aut dura eſſet ſeparatio, [h] uel teſtatoris uſus aliud ſuaderet: [i] aut natura contractus, [k] etiam in materia odioſa, [l] filius nepotem contineret: quæ omnia fuſius à Bartolo explicantur. [m] Sed an appellatione patris, aut matris, contineatur auus, aut auia? & hic argumentum eſt, non contineri: cùm unus ſit in primo gradu, alius in ſecundo. [n] Vnde pater, non auus, filiam in adulterio deprehenſam occidere poteſt: [o] & hæc potiſſimum uera ſunt, quando ab homine uerbum patris eſſet prolatum. Idem etiam ſi à lege, ſed in materia odioſa, [p] in qua puta, iuri alterius derogaretur. [q] In caſu uerò fauorabili ex interpretatione pater auum continet. [r] Et ideo, licet ſoli matri & auiæ tutela deferatur, [s] proauia tamen tutrix etiã eſſe poterit. [t] Sed & in materia odioſa etiã correctoria (in qua legem extendere non debemus) [u] quod auus patris contemplatione fecit, aut econtrà, ab altero factum præſumitur. [x]

a ut in §. ſeq. uerſicu. ſed hic.
b l. iuſta. de uerb. ſig.
c l. nomen filiarum, de uerb. ſignifica.
d l. natorum. eo. titu.
e l. quod ſi nepotes. §. de teſta. tutel.
f d. l. iuſta.
g l. ſed & milites. in fi. princ. §. de excuſa tuto.
h l. lucius. §. de hæredi. inſtitu.
i l. alimenta §. de aliment.
k Iaſ. l. gallus. §. inſtituens.
l l. filius. ff. ad maced.
m Barto. l. liberorum. de uerb. ſignifi.
n ut hic. & §. ſeq.
o l. patri. cum ſeq. ff. de adult.
p Bar. d. l. liberorum. in fine.
q Bal. l. quicquid. C. de bo. mater.
r d. l. iuſta.
s autent. ut matri & auiæ.
t docto. d. l. gallus. §. inſtituens.
u Bar. autenti. ex teſtamento. C. de ſecund. nup.
x arg. l. dotem dedit. §. de col. bo.

SECVNDO gradu duodecim perſonæ continentur, hæ: Auus, hoc eſt patris & matris pater: item Auia, ſimiliter tã paterna, quàm materna. Frater quoq; per utrunq; parentem accipitur, id eſt, aut per matrẽ tantum, aut per patrem, aut per utrunq;, id eſt, ex utroq; eodem parẽte: ſed hîc numerum non auget, quòd nihil differat ab eo, qui eundem patrem habet tantùm, niſi quòd is eoſdem cognatos tam paternos, quàm maternos habet. Et ideo euenire ſolet in his, qui diuerſis parentibus nati ſunt, ut qui meo fratri frater eſt, meus cognatus non ſit. Pone me fratrem habere ex eodem tantùm patre, fratrem alium habere ex eadem matre. Illi inter ſe fratres ſunt, mihi alter cognatus non eſt. Soror, ea ſimiliter numeratur, ut frater. Nepos quoq; dupliciter intelligitur, ex filio, uel filia natus: idem eſt & in nepte.

EX hoc §. adnotandum eſt, appellatione fratris, ſororem non uenire, & maximè ex ſignificationis proprietate. [y] In plurali tamen numero plerique contendunt, fratres ſorores continere. [z] Sed ego magis conſiderandam eſſe rationem actus, quo de agitur, arbitror. [a] Ediuerſo uerò, appellatione ſororis, frater nunquam continetur, [b] etiã ſi eadem eſſet ratio: [c] quoniam fœmininum, maſculinum nunquam concipit. [d] Si tamen ratione maioris frequentiæ fœmina nominata eſſet, adhuc maſculus comprehenderetur. [e] Appellatione item nepotis, licet pronepos non ueniat [f] quandoq; tamen ad illum fieri ſolet extenſio. [g]

y Alcia. l. j. de uerbo. ſignifica.
z Caſtr. arg. l. tres fratres. ff. de pact.
a Decius. l. ij. nume. 117. de reg. iur.
b l. ſi ita ſcriptum. §. de leg. ij.
c ca. quoniam. in pri. de ſimo.
d docto. l. ueteribus. ff. de pact.
e Decius. d. l. ij. nume 122.
f arg. §. noſtri.
g Alcia l. nurum. de uerbo. ſign.
h ut infra. §. cognationis.
i d. § cognationis.
k §. exceptis. Inſti. de ſucc. cog.
l ut hic.
m aut. de conſang. & uter. frat.
n autenti. ut fratrum filij. in prin.

TRES ſunt fratrum ſpecies, Alij ſunt conſanguinei, qui ex eodem tantùm patre naſcuntur: & iſti Agnati ſunt. [h] Alij ſunt uterini, qui eandem tantũ matrem habent, ſed diuerſum patrem, & iſti ſunt Cognati: [i] ob idq; iure tãtum prætorio ſuccedebãt [k]. Tertij ſunt utrinq; cõiuncti, qui ex eodem patre, & ex eadem matre nati ſunt, & iſti ſunt Agnati, ſed quo ad ſucceſsionem, olim ab his, qui tantũ cõſanguinei ſunt, nihil differebãt: & ideo nomina cognationum nõ augent. [l] Hodie uerò omnibus cæteris præferuntur, [m] adeo ut etiam cum aſcendentibus, & ſi patres fuerint, concurrũt, necnon etiam illorum filij. [n] Item in alio à cæteris fratribus differũt, quòd cognatos, tam pat



onſanguinitatis in qua
e Cognationum de-
buntur Perſonæ.

Pagina 51.

CONSANGVINI
TATIS SCVTVM

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

tam paternos, quàm maternos habere possint: Hoc est, fratres uterinos tantum, & consanguineos tantum habere possunt. Sed ille, qui non est utrinq; coniunctus, ex eo latere, quo coniunctus non est, fratrem habere non potest: [a] adeo, ut illi, qui fratri meo consanguineo tantum uterinus frater est, matrimonio coniungi possim.[b] Quod ex subsequenti tabula manifestè docetur, quam ideo subiunximus, ut Pauli locus, aliquantulum obscurus, clarior esset.

a ut hic.
b §. mariti. tamen. institu. de nupt.



TERTIO gradu personæ continentur triginta duæ. Proauus, qui quadrifariam intelligitur: est enim aui paterni, aut materni pater, item auiæ paternæ aut maternæ pater. Proauia quoq; quatuor personas complectitur, est enim aui paterni, aut auiæ paternæ mater: item aui materni, & similiter auiæ maternæ mater.

ISTA apertissima sunt si superiorem Scuti nostri cognationem respicias.

PATRVVS: is autem est patris frater: & ipse dupliciter intelligendus est, ex patre, uel matre: puta, auia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te: aut auia paterna tua nupsit patri meo, peperit me: ego tibi pa-

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

ILLVD notandum eſt, non quemadmodum patris matriſq; fratres, ſorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicuntur, ita fratris ſororiſq; filios filias nomen cognationis ſpeciale habere: ſed ita demonſtrari fratris ſororiſq; filios filias. quod quidem & in alijs accidere, ex poſterioribus apparebit.

EX cognationum nominibus, quæ omnia correlatiua ſunt, aliqua hincinde diuerſa nomina habent, ut recti:[a] alia eadem, ut tranſuerſi æquales: ueluti parentum filij, qui inter ſe Fratres: filij fratrum, qui inter ſe Conſobrini dicuntur.[b] Alia ſunt, quæ ex uno latere ſpeciale nomen habẽt, ex alio non:[c] ut tranſuerſi inęquales, puta patruus, & fratris filius.[d] Vnde Paulus infra ſubiungit, illos, quos ego abpatruos, abauunculos, abamitas, abmaterteras appello: me tantum generali nomine, fratris, uel ſororis, abnepotem appellare.[e]

a §. primo gradu. ff.

b §. ſeq. uerſi fratrum ſororumq; meorũ.

c ut hic.

d §. ſeq. uerſic. fratris autem mei nepos.

e §. ſexto gradu. uer. quos autem.

PRONEPOS quoq;, & proneptis quadrifariter intelliguntur. Aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia deſcendunt: Aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia propagantur.

SIC enim dinumerãtur: filius, nepos, pronepos, proneptis: filia, nepos, pronepos, proneptis: filius neptis, pronepos, proneptis: filia, neptis, pronepos, proneptis.

QVARTO gradu perſonæ continentur octoginta. Abauus, cuius intellectus in octo perſonas porrigitur. Eſt enim proaui paterni aut materni pater, quos ſingulos duplici modo intelligendos diximus: Aut proauiæ paternæ aut maternæ pater, quæ & ipſæ ſingulæ dupliciter accipiuntur. Abauia: & hæc octies numeratur: Eſt enim proaui paterni aut materni, item proauiæ paternæ aut maternæ mater.

SIC dinumerantur: Pater, auus, proauus, abauus, abauia. Mater, auus, proauus, abauus, abauia. Pater, auus, proauia, abauus, abauia. Mater, auus, proauia, abauus, abauia. Pater, auia, proauus, abauus, abauia. Pater, auia, proauia, abauus, abauia. Mater, auia, proauus, abauus, abauia. Mater, auia, proauia, abauus abauia.

PATRVVS magnus: is eſt frater aui. Sed auus, item frater, cùm duobus modis intelligantur, quatuor perſonas id nomen amplectitur: ut ſit aui paterni uel materni frater, qui uel eodem patre, id eſt proauo, uel tantùm matre eadem, id eſt proauia natus eſt. Qui autẽ mihi eſt patruus magnus, is patri meo uel matri meæ patruus eſt. Amita magna: ea eſt aui ſoror. auus autem, item ſoror (ut ſupra diximus) dupliciter inielligun tur: & adeo hic quoq; quatuor perſonas intelligimus. Similiter quæ patri meo uel matri meæ amita eſt, mihi erit amita magna. Auunculus magnus: hic eſt auiæ frater: quatuor perſonæ huic nomini eadem ratione ſubiectæ ſunt: mihiq; is eſt auunculus magnus, qui patri meo, uel matri meæ auunculus eſt. Matertera magna: ea eſt auiæ ſoror: quatuor modis & hęc ob eandem cauſam intelligitur: & quæ matri meæ uel patri meo matertera eſt, mihi matertera magna uocatur.

ISTORVM dinumeratio ex ſequenti §. facile intelligi poteſt, quando Paulus patruos maiores dinumerat. Cæterùm ex hoc uerſiculo aduertendum eſt, quòd qui matri

matri meæ patrui ſunt,& amitę: licet mihi ſint patrui magni,& amitæ magnæ: [a] non tamen ſunt mei agnati: cùm nec mater mea (ut ſupra diximus) mihi agnata ſit. [b] Et ex his confunditur multorum ſententia,qui putant,patruum matris meę,propriè mihi patruum magnum ob id non dici, quòd agnatus non ſit: [c] hîc enim nulla agnatio uel cognatio conſideratur.Sed dubitari poteſt,an appellatione patrui, ueniat patruus magnus. Articulus enim controuerſi eſt iuris.Sed uerius eſt,ut dicamus, ex propria uerbi ſignificatione non uenire: ſed tantùm per interpretationem: [d] quoniam ubi nomen cum adiuncto prefertur,puta, Patruus magnus,dictio illa adiecta, Magnus,improprietatem notat: [e] quemadmodum & graduum diuerſitas. nam patruus in tertio gradu eſt,patruus magnus eſt in quarto. [f] Adde,uerba plerunq; in priore ſignificatu accipi,non in poſteriore. [g] Vnde patruus cum filijs fratris in ſtirpes ſuccedit,nõ patruus magnus. [h] Argumenta cõtradicentium non me mouẽt:in primis,quòd plus & minus non differãt ſpecie: [i] ut ſunt patruus,& patruus magnus.Sed ex hoc nõ ſequitur,alterum alterius appellatione contineri: nam Scapha & Nauis differunt tantùm qualitate: tamen unius ſignificatio,alterum non continet. [k] Sic, qui dicit decem, non propriè quinq; exprimit: [l] tametſi in maiore ſumma minor contineatur [m]. Secundò arguunt,quod appellatione liberorum,nõ ſolùm qui in propinquiore gradu ſunt, ut puta filius,cõtinentur,uerùm & remotiores. [n] Sed hoc leue eſt argumentum: cùm liberi ex propria ſignificatione poſteros complectãtur. [o] Magis urget, quod dicitur, ſecundarum nuptiarum appellatione uenire tertias,quartas,& deinceps. [p] item appellatione nurus,generi,ſocrus,pronurum,progenerum, proſocrum contineri: [q] quod uerbum Contineri puta, proprietatem ſignificare Bartolus credidit. [r] Sed ego ſupra docui,iſta tantùm per interpretationem,& non proprie fieri poſſe: [s] quod multo magis in patruo,& patruo magno eſt dicendum.Vnde plerique inferebant,quòd ſi in ſtatuto patrui fieret mentio,cùm propriè in ſtatutis uerba intelligantur, [t] patruum magnum non ſignificari: [u] eo maxime caſu, quo ſtatutum iuri communi repugnaret: tunc enim eam interpretationem,quæ minus repugnet, facere debemus. [x] Alij ſunt, qui aliter diſtinguant: ut in ſtatuto fauorabili patruus,magnum patruum contineat, ſecus in odioſo. [y] Sed hæc generalis diſtinctio non ſemper eſt perpetua. [z] Vnde alij dicunt,quòd ſi patruus à ſtatuto (lege repugnante) ad ſucceſsionẽ uocetur: ex eo non ſubſequi,ut patruus magnus uocetur: [a] cùm tanta non ſit in remotiore ratio, [b] quanta eſt in proximo. Si uerò patruus excludatur à ſtatuto, multò magis patruum magnum excludi [c] ex uulgari illa regula,Si uinco uincentem te,multò magis te uinco. [d] maior enim ratio minorem uincit: [e] adeo,ut etiam correctoria,ex maiore ratione extendere liceat [f]: alioquí abſurdum ſequeretur, melioris cõditionis remotiorem eſſe, quàm propinquiorem. [g] Ego uerò ſtatuti rationem attendendam eſſe puto: ut ſi patruus cauſa agnationis cõſeruandę uocetur,ſimili ratione uocetur patruus magnus. [h]

EODEM gradu ſunt & illi, qui uocantur fratres patrueles, item ſorores patrueles,amitini amitinæ,conſobrini conſobrinæ. Hi autem ſunt, qui ex fratribus,uel ſororibus naſcuntur: quos quidam ita diſtinxerunt, ut eos quidam qui ex fratribus nati ſunt fratres patrueles: item eas, quæ ex fratribus natæ ſunt,ſorores patrueles, ex fratre autem & ſorore amitinos, amitinas: eos uerò & eas, qui quæue ex ſororibus nati, natæue ſunt, conſobrinos, conſobrinas, quaſi conſororinos. Sed plerique hos omnes conſobrinos uocant, ſicuti Trebatius. Sub hac nominum appellatione perſonæ cadunt ſedecim,hæ: patrui filius,item filia, bifariam (ſicut ſupra) numerantur. nam patris mei frater eſſe poteſt, uel ex eodem patre,uel etiam ex matre ſola: amitæ filius, item filia,auunculi filius,item filia: materteræ filius, item filia: amitæ, auunculo, materteræ acceptis duplici intellectu, ratio eſt ſeruanda ſecundum patrui nomen.

ISTI

a ut hic. uerſicu. qui uero.
b Inſtitu.de ſenat.tertul.in princip.
c glo.l j.C.de ſucceſ. edict.
d l.iuſta,de uerb.ſign.
e Bar.l lucius.§ quæſitum de leg.3.
f §. tertio gradu. §. quarto gradu hic.
g l.qui liberis.§.hæc uerba.ẽ.de uulg.
h §.reliquum.antent. de hæred.ab inteſt.
i l.ſi ẽ. de fun.inſtru.
k d.l ſi.
l Bar l ſcire debem'. de uerbo.obliga.
m l.j.§.ſi ſtipulanti.de uerb,
n Decius.l.j.C.de ſucceſ edict.
o l.quòd ſi nepotes. de teſta,tutel.
p glo.rub.C.de ſecũ. nupt.
q l.nurus. de uerbo. ſignſ.l.iij.ff.de poſtul.
r Bart.l.gallus.§. inſtituens.
s d.l.nurus. in uerb. porrigenda
t uulg.l.iij.§ hæc uerba.de nego.geſt.
u arg.l.iubemus.§.ſi. cum gloſ.C.ad trebellia.
x ca.cum dilectus de conſuetu.
y Alciat.l foceri. de uerbo ſignifi.
z d.l. quod ſi nepotes.
a d.§.reliquum
b arg l.patri, cũ ſeq. de adult.
c l.j.in prin cum glo. uerb. filio. ſi quis aliquem teſta.
d l.de acceſsionib.ff. de di & temp.
e l.cui pacto. de fer. export.
f cle.j.cum glo.uerb. eligatur. de elect.
g l.ſi uiua,circa med. C.de bo.ma.
h Franciſc. Curt. d.l, j.C.de ſucc.edicto,

ISTI ita dinumerantur. Pater, auus, frater patris conſanguineus, (qui patruus dicitur) filius fratris illius, qui frater patruelis eſt. Pater, auus, frater patris uterinus (qui patruus dicitur) illius fratris filius, qui frater patruelis eſt. Sic duæ ſorores patrueles ſunt computandæ. Pater, auus, ſoror patris conſanguinea, quæ appellatur amita: filius amitæ, & filia, qui uel amitini, uel conſobrini dicuntur. Pater, auus, ſoror uterina patris, quæ amita eſt: filius & filia illius amitæ: qui amitini ſeu conſobrini ſunt. Totidem perſonæ reperiuntur, matre poſita in eo loco, ubi patrem enumerauimus.

FRATRIS ſororiſq; nepos, ac neptis, eodem gradu ſunt: & frater, item ſoror, nepos'ue, & neptis dupliciter accepti, continebunt perſonas ſedecim ſic: fratris eodem patre nati nepos ex filio, nepos ex filia: fratris eadem matre, alio patre nati nepos ex filio, nepos ex filia: fratris eodem patre nati neptis ex filio, neptis ex filia: fratris alio patre eademq; matre nati neptis ex filio, neptis ex filia. Eaq; cauſa octo perſonę efficientur, ut aliæ octo accedant ex ſorore natorum nepotes neptesq; : & ſimiliter numerabuntur à nobis. Fratris autem mei nepos neptisq; me patruum magnum appellant, fratrum ſororumq; meorum nepotes, neptes'que item, mei inter ſe conſobrini ſunt.

HIC nihil addendum eſſet, niſi quòd in fine puto Paulum corruptum eſſe: licet in omnibus codicibus, etiam Haloandri, mendum reperiatur: dum dicit, Fratrum nepotes conſobrinos eſſe. Nam conſobrini ſunt duorum fratrum, non nepotum filij.[a] Vnde patrui, amitæ, auunculi, materteræ filius, conſobrinus meus eſt: quia ſumus duorum fratrum filij, nimirum pater meus, & patruus fratres ſunt. Propior uerò ſobrinus dicitur patrui magni filius.[b] Sed patrui maioris filius, ſobrinus appellatur.[c] Similiter & duorum conſobrinorum filij, inter ſe ſobrini ſunt:[d] quoniam æquè remoti ſunt, atq; patrui maioris filius.[e] Et idcirco arbitror hîc legendum eſſe, Fratrum nepotes, inter ſe ſobrini ſunt: nam tales nepotes ſunt duorum conſobrinorum filij. facile enim fuit loco dictionis ſobrini, ſcribere, Conſobrini.

a ut ſupra uerſicu. eodem gradu.

b l. j. in fi. ff. eo.

c §. ſeptimo gradu. uerſi. his perſonis, infra.

d l. iij. uerſi. qui uero, ſupra.

e ca. ad ſedem. uerſic. fratres itaq;. 35. q. 5. fin. 5.

ABNEPOS, Abneptis: hi ſunt pronepotis proneptis'ue filius filia, nepotis neptis'ue nepos neptis, filij filiæ'ue pronepos proneptis. perſonas continebunt ſedecim: nepote uel ex filio nato, uel ex filia, nepte uel ex filio nata uel ex filia, acceptis, ut ad ſingulas perſonas gradu deſcendamus ſic: Filius, nepos, pronepos, abnepos: filius, nepos, pronepos, abneptis: filius, nepos, proneptis, abnepos: filius, nepos, proneptis, abneptis: filius, neptis, pronepos, abnepos: filius, neptis, pronepos, abneptis: filius, neptis, proneptis, abnepos: filius, neptis, proneptis abneptis. Similiter hæ perſonæ numerabuntur præpoſita filia, & ſic fient ſedecim.

FILIA breuius ſic numerari poteſt: Filia, nepos, pronepos, abnepos, abneptis: filia, nepos, proneptis, abnepos, abneptis: filia, neptis, pronepos, abnepos, abneptis: filia, neptis, proneptis, abnepos, abneptis.

QVINTO gradu continentur perſonæ centum octogintaquatuor. Atauus ſcilicet & atauia. Atauus eſt abaui, uel abauiæ pater, proaui uel proauiæ auus, aui auiæq; proauus, matris uel patris abauus. Huius appellatio perſonas complectitur ſedecim, enumeratione facta tam per mares, quàm per fœminas, ut ſic ad ſingulas perueniamus. Pater, auus,

proauus, abauus, atauus: Pater, auus, proauus, abauia, atauus: Pater, auus, proauia, abauus, atauus: Pater, auia, proauus, abauus, atauus: Pater, auia, proauus, abauia, atauus: Pater, auia, proauia, abauus, atauus: Pater, auus, proauia, abauia, atauus: Pater, auia, proauia, abauia, atauus: Similiter matris persona præposita numeratio fiet. Atauia totidem personas continet, eadem ratione numeratas, id est, sedecim. Patruus maior: is est proaui frater, patris uel matris patruus magnus. Sub hoc nomine erunt personæ octo, & sic enumerabuntur: Pater, auus, proauus, abauus, frater proaui: Pater, auus, proauus, abauia, frater proaui: Pater, auia, proauus, abauus, frater proaui: Pater, auia, proauus, abauia: frater proaui. totidem erunt matris persona, & proauo eius præpositis. Ideo autem fratrem proaui enumerantes ante abauum ponimus, quòd (ut supra significauimus) non aliter perueniatur ad eum, de quo quæritur, nisi per eos transitum fuerit, ex quibus nascitur.

HIC locus clarus est: duntaxat ad transuersæ cognationis numerationem est aduertendum: nam (ut supra diximus) & hîc Paulus repetit, ad patrem transuersæ cognationis est ascendendum, & ab illo ad transuersos descendendum: [a] sic, Pater, auus, patruus: et sic uides, patruum, in tertio gradu esse, & dinumerationem factam usque ad patrui patrem, nempe auum. Sic auunculum numerabimus, mater, auus, filius aui materni, qui auunculus est: & in tertio gradu: hoc Paulus hîc obseruandum iubet, dum antequam ad patruum maiorem descendat, ad illius patrem, uidelicet abauum, ascendit.

a Theoph. Instit. de leg. ag. succ.

AVVNCVLVS maior: is est proauiæ frater, patris uel matris auunculus magnus: eadem dinumeratione hic quoque Octo personas computabimus: hoc tantum immutato, ut his frater proauiæ præponatur. Amita maior: ea est proaui soror, patris uel matris amita magna. quo ad numerum & expositionem personarum, eadem erunt: immutato hoc, ut proaui soror: ad extremum ponatur. Matertera maior: hæc est soror proauiæ, patris uel matris matertera magna: numerus personarum idem est ut in nouissimo ponatur proauiæ soror. Hos omnes à patruo maiore quos retulimus, quidam appellant, ita: Propatruus, proauunculus, proamita, promatertera. Quos tamen ego ita nomino, illi contrà fratris, uel sororis pronepotem me demonstrant.

SICVT, non tantùm patrui ex latere patris inueniuntur, sed etiam ex latere matris: [b] ita etiam auunculi, tam patrui quàm materni reperiuntur: quod idem est de amitis, & materteris. Omnes enim qui masculorum superiorum fratres sunt, siue sint paterni, siue materni, Patrui dicuntur: omnes sorores, Amitæ. fratres uerò fœminarum, tam paternarum, quàm maternarum, sunt Auunculi: sorores sunt Materteræ. [c]

b §. quarto gradu. uerùc. patruus magnus. ff.

c patet per totã hanc legem, ubi de patruis loquitur.

PATRVI magni filius filia: Hi sunt fratris aui filius filia, proaui aut proauiæ nepos neptis ex filio patris uel matris consobrinus consobrina. Octo personas & hic computabimus, quòd auus & frater (ut iam dictum est) dupliciter accipiuntur: & ideo patrui magni filius quatuor

implet

implet, totidem filia. Amitæ magnæ filius filia: Hi ſunt aui ſororis filius filia, proaui aut proauiæ nepos neptis ex filia, patris uel matris conſobrinus conſobrina: numerus perſonarum idem, qui ſuprà. Auunculi magni filius filia: Hi ſunt auiæ fratris filius filia, proaui aut proauiæ nepos neptis ex filio, patris uel matris conſobrinus conſobrina, numerus idem. Materteræ magnæ filius filia: hi ſunt auiæ ſororis filius filia, proaui aut proauiæ nepos neptis ex filia, patris uel matris conſobrinus conſobrina: computatio eadem perſonarum, quas enumerauimus.

HORVM ſic fit dinumeratio: Pater, auus, proauus, frater conſanguineus aui, qui patruus magnus eſt: filius filia illius fratris. Pater, auus, proauus, frater uterinus aui, qui patruus magnus eſt: filius & filia illius fratris. Mater, auus, proauus, frater conſanguineus illius aui, qui patruus eſt: filius & filia illius fratris. Mater, auus, proauus, frater uterinus illius aui, filius & filia illius fratris. Sic dinumerantur, filij & filiæ amitæ magnæ: ſi reponatur loco fratris conſanguinei, uel uterini, ſoror conſanguinea, ſeu uterina: Sic & filij filiæq; auunculi magni computantur: modò loco aui, reponatur auia. Sic pater, auia, proauus, frater conſanguineus auiæ, qui auunculus magnus eſt: huius filius & filia. Pater, auia, proauus, frater uterinus auiæ, qui auunculus magnus eſt: huius filius & filia. Mater, auia, proauus, frater conſanguineus auiæ: huius filius & filia. Mater, auia, proauus, frater uterinus auiæ: huius filius & filia. Sic dinumerantur materteræ magnæ filij, ſi loco fratris reponatur ſoror.

PATRVI magni filius, ei, de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino uocatur. Nam (ut Maſſurius ait) eum quis appellat propius ſobrino, qui eſt patris matris'ue conſobrinus, aut conſobrina: ab eo conſobrini conſobrinæ'ue filius filia nominatur.

FILIVM patrui mei magni, propiorem ſobrinum appello: quia patri meo conſobrinus eſt,[a] ipſe me ex conſobrino natum uocat.[b] Econtra uerò, patrui mei nepotem, licet in eodem gradu ſit, ex conſobrino natum appello, ille me propiorem ſobrinum.[c]

a ut hic, uerſicu. patrui ij.
b §. ſeptimo gradu, uerſicu. patrui magni. in n. infra.
c ut hic. uerſi, materteræ nepos. in fine.

PATRVI nepos neptis: hi ſunt aui paterni uel auiæ paternæ pronepos proneptis ex nepote uel ex nepte filio natis: conſobrini conſobrinæ filius filia: perſonas octo continebunt, quatuor nepos, quatuor neptis: quia & patruus dupliciter accipitur, & nepos uel neptis ſub ſingulis patruorum perſonis duplicatur. Amitæ nepos neptis: hi ſunt aui paterni, uel auiæ paternæ pronepos proneptis, ex nepote, uel ex nepte filia natis, conſobrini conſobrinæ filius filia: numerus idem eſt. Auunculi nepos neptis: hi ſunt aui materni uel auiæ maternæ pronepos proneptis, ex nepote uel ex nepte filio natis: cætera eadem, quæ in patrui nepote uel nepte diximus. Materteræ nepos neptis: hi ſunt aui materni uel auiæ maternæ pronepos proneptis ex nepote uel ex nepte filia natis. Perſonarum numerus idem, qui ſuprà. His omnibus, quos à patrui nepote propoſuimus, is, de cuius cognatione quæritur propius ſobrino eſt: nam patris, uel matris eorum conſobrinus eſt.

SIC iſti computantur. Pater, Auus, frater conſanguineus, patris qui patruus

dicitur, illius patrui filius, huius filij filius & filia, qui nepos & neptis patrui est. Pater, auus, frater uterinus patris, qui patruus est, huius patrui filius, huius filij filius & filia, id est patrui nepos neptis. Pater, auus, frater consanguineus patris, qui patruus est, huius filia, cuius filiæ filius & filia sunt nepos & neptis patruo. Pater, auus, frater uterinus aui, qui patruus est, huius filia, cuius filiæ filius & filia sunt nepos & neptis patruo. Ex hac dinumeratione, facilè auunculi, amitæ, materteræ, nepotes & neptes computabimus.

FRATRIS pronepos proneptis: Hi continebunt personas sedecim: fratre dupliciter, & pronepote, ac pronepte singulis quadrifariam (ut suprà demonstrauimus) acceptis. Sororis pronepos proneptis, similiter sedecim personas continebunt.

DINVMERANTVR sic: Pater, frater consanguineus, filius, nepos, pronepos, proneptis. Pater, frater consanguineus, filius, neptis, pronepos, proneptis. Pater, frater consanguineus, filia, nepos, pronepos, proneptis. Pater, frater consanguineus, filia, neptis, pronepos, proneptis. Pater, frater uterinus, filius, nepos, pronepos, proneptis. Pater, frater uterinus, filius, neptis, pronepos, proneptis. Pater, frater uterinus, filia, nepos, pronepos, proneptis. Pater, frater uterinus, filia, neptis, pronepos, proneptis. Sic dinumerantur pronepotes & proneptes sororis.

ADNEPOS adneptis. Hi sunt abnepotis uel abneptis filius filia, pronepotis uel proneptis nepos neptis, nepotis uel neptis pronepos proneptis, filij uel filiæ abnepos abneptis. Numerabuntur sub hac appellatione triginta duæ personæ: quia abnepos sedecim habet, & totidem abneptis.

Sic computantur: Filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, atneptis. Filius, nepos, pnepos, abneptis, atnepos, atneptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, atneptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, atneptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, atneptis. Filius, neptis, pronepos, abneptis, atnepos, atneptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, atneptis. Filius, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, atneptis. Sic dinumeratio fit præposita filia.

SEXTO gradu continentur personæ quadringentæ quadraginta octo, hæ. Tritauus: is autem est patris & matris atauus, aui uel auiæ abauus, proaui uel proauiæ proauus, abaui uel abauiæ auus, ataui uel atauiæ pater: dictus quasi tertius auus.

TRITAVVS dicitur quasi tertij aui auus: nam auus est abaui, qui patris tertius auus est. Sicut Trinepos, tertij nepotis, nimirum abnepotis nepos.

PERSONAS autem complectitur triginta duas. Geminetur enim necesse est, qui numerus in atauo fuit, Immutatione per singulas personas propter atauum iam facta, ut sedecies tritauus intelligatur ataui pater, & toties atauiæ. Tritauia similiter facit personas triginta duas.

SIC dinumerantur: Pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, item tritauia. Pater, auus, proauus, abauus, atauia, tritauus, item tritauia. Pater, auus, proauus, abauia, atauus, tritauus, item tritauia. Pater, auus, proauus, abauia, atauia, tritauus, item

tritauia

tritauia. Pater,auus,proauia,abauus,atauus,tritauus, item tritauia.Pater, auus, proauia,abauus,atauia,tritauus, item tritauia. Pater,auus,proauia, abauia,atauus, tritauus,item tritauia. Pater , auus,proauia, abauia,atauia, tritauus, item tritauia. Pater, auia,proauus, abauus, atauus, tritauus, item tritauia. Pater, auia, proauus , abauus, atauia,tritauus,item tritauia. Pater,auia,proauus,abauia,atauus,tritauus, item tritauia. Pater , auia,proauus,abauia,atauia,tritauus, item tritauia . Pater, auia, proauia, abauus, atauus,tritauus, item tritauia. Pater,auia,proauia, abauus, atauia , tritauus, item tritauia. Pater, auia,proauia,abauia, atauus, tritauus , item tritauia. Pater, auia, proauia, abauia, atauia, tritauus , item tritauia . Tot ſunt tritaui & tritauæ , ex latere matris,& eadem dinumeratio,ſi loco patris mater reponatur.

PATRVVS maximus : is eſt abaui frater , ataui & atauiæ filius, patris uel matris patruus maior . Perſonas continebit ſedecim , ſic : Pater, auus,proauus, abauus, atauus, abaui frater : Pater,auus , proauus, abauus,atauia,frater abaui : Pater,auus,proauia, abauus, atauus, frater abaui: Pater, auia, proauus, abauus, atauus , frater abaui : Pater , auia, proauus, abauus,atauia, frater abaui : Pater , auia, proauia, abauus,atauus,frater abaui : Pater, auus, proauia , abauus , atauia , frater abaui: Pater, auia, proauia , abauus, atauia, frater abaui . Totidem erunt matris appellatione præpoſita. Auunculus maximus : is eſt abauiæ frater , patris uel matris auunculus maior . & numerus idem , & perſonarum expoſitio eadem, quæ ſuprà : hoc duntaxat immutato,ut pro abaui fratre,abauiæ fratrem ponas. Amita maxima : ea eſt abaui ſoror , patris uel matris amita maior. Cætera, ut in patruo maximo : hoc tantum immutato , ut ubi eſt abaui frater , ponatur abaui ſoror . Matertera maxima : ea eſt abauiæ ſoror , patris uel matris matertera maior . cætera ut ſuprà , ad extremum duntaxat pro abauiæ fratre præpoſita abauiæ ſorore . Hos omnes , quos à patruo maximo propoſuimus , quidam his nominibus deſignant : abpatruus,abauunculus , abamita,abmatertera. Itaque & nos indifferenter hos ponemus . Quos autem ego appello abpatruos , abauunculos , abamitas , abmaterteras : illi demonſtrant me fratris ſororiśque abnepotem. Patrui maioris filius filia : Hi ſunt proaui fratris filius filia, abaui abauiæ per proauum nepos neptis ex filio. Perſonæ ſub hoc erunt ſedecim : enumeratione ſic ducta , ut in quinto gradu , cum patruum maiorem demonſtraremus , fecimus : adiecto duntaxat filio filia : quia filius patrui maioris totidem neceſſe eſt perſonas complectatur , quot patruus maior , id eſt octo : totideḿque ex filiæ perſona computatis , is numerus efficietur,quem ſupra poſuimus.

SIC dinumerantur, Pater, auus, proauus, abauus, frater proaui conſanguineus, qui eſt patruus maior : huius patrui filius & filia . Pater , auus , proauus , abauus, frater uterinus proaui, qui patruus maior eſt: huius patrui filius & filia. Pater, auia, proauus, abauus,frater proaui conſanguineus , qui patruus maior eſt : huius patrui filius & filia. Pater, auia,proauus, abauus, frater proaui uterinus,qui patruus maior eſt : huius patrui filius & filia . Mater , auus , proauus , abauus , frater proaui conſanguineus , qui patruus maior eſt : huius filius & filia . Mater auus , proauus , ab-

auus, frater proaui uterinus, qui patruus maior: huius filius & filia. Mater, auia, proauus, abauus, frater proaui consanguineus. qui patruus maior est: huius filius & filia. Mater, auia, proauus, abauus, frater proaui uterinus. qui patruus maior est: huius filius & filia.

AMITAE maioris filius filia: Hi sunt proaui sororis filius filia, abaui abauiæ per proauum nepos neptis ex filia. & hîc eadem ratione personas denumerabimus totidem. Auunculi maioris filius filia: hi sunt proauiæ fratris filius filia, abaui abauiæ per proauiam nepos neptis ex filio. eadem hîc denumeratio facienda est, quæ in patrui maioris filio filia. Materteræ maioris filius filia: Hi sunt proauiæ sororis filius filia, abaui abauiæ per proauiam nepos neptis ex filia. circa numerum & personarum expositionem eadem, quæ supra. Omnes, quos proposuimus à patrui maioris filio, auo auiæ eius, de cuius cognatione quæritur, fratribus'que & sororibus utrius eorum, consobrini consobrinę'ue sunt: & patri matri'que eiusdem fratribus'que & sororibus utrius eorum propius sobrinis.

ISTI ex proxima computatione facile dinumerari possunt, si illorum frater & soror præponatur. Isti autem filij patrui maioris (inquit Paulus) sunt utrique auo & utrique auiæ & illorum fratribus atque sororibus consobrini, & consobrinæ, quia sunt duorum fratrum filij (quos consobrinos esse certum est[a]) Patruus enim maior, & proauus, fratres sunt. Patri uerò & matri illius, de cuius cognatione quæritur, item fratribus & sororibus patris & matris, illi patrui maioris filij, sunt propiores sobrini & propiores sobrinæ.

[a] ut supra. §. quarto gradu. uersicu. eod.

PATRVI magni nepos uel neptis: amitæ magnæ nepos uel neptis, auunculi magni nepos uel neptis, materteræ magnæ nepos uel neptis. Hæc simul nomina continent personas sexaginta quatuor. Nam cùm patrui magni (uerbi gratia) persona quadrifariam intelligatur, nepotis bifariam, geminatur is numerus, nepote duntaxat adnumerato. & quadruplicatur is, qui geminatus erat: duplicatur etiam nepte computata. ac tantum unius denumerationem proponemus exempli gratia: Pater, auus, proauus, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius, nepos eiusdem ex filio, item neptis: Pater, auus, proauia, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius nepos eiusdem ex filio, item neptis: Pater, auus, proauus, frater aui, qui est patruus magnus, filia eius, nepos eiusdem ex filia, item neptis. Pater, auus, proauia, frater aui, qui est patruus magnus, filia eius, nepos eiusdem ex filia, item neptis. Totidem, & eadem ratione exponuntur matris nomine antepositio, id est ut & aui materni fratris nepotes & neptes computemus. Item in amita magna, id est aui sororis nepotes neptes'que enumerabimus: Idemq; in auunculo magno, id est auiæ fratris. eadem ratio materteræ magnæ, id est auiæ sororis. ex quibus uniuersus numerus completur sexaginta quatuor. Hi

omnes

Tabula qua Pauli locus hactenus corruptus restituitur.

pagina 64.



omnes proauo,aut proauiæ eius,de cuius cognatione quæritur, pronepotes & proneptes : eiuſdem auo auiæue fratris ſororisue nepotes, neptesue : & contrà horum auus auia eidem patruus magnus, amita magna,auunculus magnus,matertera magna:horum autem pater materue fratresq; & ſorores utrius eorum eidem propius ſobrinis : ipſe his ſobrinus eſt,& inuicem huic illi ſobrini.

HIC locus clarus eſt,excepto uerſiculo,Hi omnes: in quo Paulus dicere uoluit, quòd nepotes patrui magni ſunt proauo eius de cuius cognatione quæritur pronepotes,& fratribus aui illius de cuius cognatione quæritur ſunt nepotes. qui fratres ſunt patrui magni ei de cuius cognatione quæritur. Illorum nepotum patres,& matres,patrumq; & matrũ fratres,& ſorores,ſunt ei de cuius cognatione quæritur, propiores ſobrini,ipſe uerò de cuius cognatione quæritur,illis patrui magni nepotibus eſt ſobrinus,& illi nepotes inuicem ei,de cuius cognatione quæritur, ſunt ſobrini.

PATRVI pronepos proneptis,continent perſonas octonas, & utriuſq; ſexus fiunt ſedecim ſic, Pater,auus,patruus, filius patrui, nepos eiuſdem ex filio,pronepos eiuſdem ex nepote filio nato, item proneptis : Pater, auia,patruusfilius patrui,nepos eiuſdem ex filio, pronepos ex nepote filio nato,item proneptis.Pater, auus, patruus, filia patrui, nepos eiuſdem ex filia,,pnepos ex nepote filia nato,item proneptis. Pater auia, patruus,filia patrui,nepos eius ex filia, pronepos ex nepote filia nato,itẽ proneptis.Pater,auus,patruus,filius patrui,neptis eiuſdem ex filio,pronepos ex nepte filio nata,item proneptis : Pater,auia, patruus, filius patrui,neptis eiuſdem ex filio,pronepos ex nepte filio nata,item proneptis. Pater,auus,patruus,filia patrui,neptis eiuſdem ex filia, pronepos ex nepte filia nata,item proneptis : Pater,auia,patruus,filia patrui,neptis eiuſdem ex filia,pronepos ex nepte filia nata,item proneptis. Amitæ pronepos,proneptis : totidem perſonas eadem ratione & hi continent: pro patruo tamen amita ſumpta. Auunculi pronepos proneptis : item pro patruo auunculo poſito. Materteræ pronepos, proneptis : & hîc ubi patruus poſitus eſt,matertera numerata,eundem numerum perſonarum inueniemus. Hi omnes eius,de cuius cognatione quæritur, conſobrinorum nepotes neptesue ſunt.

ILLE de cuius cognatione quæritur,iſtos pronepotes appellat conſobrinorum nepotes, & neptes : [a] illi uerò eum de cuius cognatione quæritur, patruum maiorem,auunculum maiorem,amitam maiorem,materteram maiorem uocant.[b]

a ut hic.
b ff.quos autem.ff. co.§.

FRATRIS ſororisq; abnepos abneptis efficiunt perſonas ſexaginta quatuor,ut ex ſupraſcriptis apparere poteſt.

SIC dinumeratur: Pater,frater conſanguineus,filius,uepos,pronepos,abnepos, abneptis.Pater,frater conſanguineus,filius,nepos,proneptis,abnepos, abneptis. Pater,frater conſanguineus,filius,neptis,pronepos,abnepos,abneptis.Pater,frater conſanguineus,filius,neptis,proneptis, abnepos,abneptis. Pater, frater conſanguineus, filia

filia,nepos,pronepos,abnepos,abneptis.Pater,frater consanguineus,filia,nepos,pro neptis,abnepos,abneptis.Pater frater cõsanguineus,filia,neptis,pronepos,abnepos, abneptis.Pater,frater cõsanguineus,filia,neptis,proneptis,abnepos,abneptis. Pater, frater uterinus, filius,nepos,pronepos,abnepos, abneptis. Pater, frater uterinus,filius,nepos,proneptis,abnepos,abneptis.Pater,frater uterinus, filius, neptis, pronepos,abnepos,abneptis.Pater,frater uterinus,filius,neptis,proneptis, abnepos, abneptis.Pater,frater uterinus,filia,nepos,pronepos,abnepos,abneptis.Pater,frater uterinus,filia,nepos,,pneptis,abnepos,abneptis.Pater,frater uterinus, filia,neptis,pronepos,abnepos,abneptis.Pater,frater uterinus,filia,neptis,,pneptis,abnepos, abneptis.

TRINEPOS trineptis: hi sunt filij filiæue adnepos adneptis, nepotis neptisue abnepos abneptis, pronepotis proneptisue pronepos proneptis,abnepotis abneptisue nepos neptis,adnepotis adneptisue filius filia. Hæ appellationes demõstrant personas sexaginta quatuor. Nã triginta duo trinepos complet,totidem trineptis. à nepote enim numerus quadruplatus in se efficit triginta duo:ipso nepote duas significante,pronepote quatuor,abnepote octo, adnepote sedecim. His accedunt trinepos trineptis,uni ex adnepote,alteri ex adnepte nati. Per singulos autem gradus ideo geminatio fit,quia maribus adijciuntur fœminę,ex quibus proximus quisq; progignitur: & numerabuntur sic.

HIC Paulus rationem assignauit,quare in singulis gradibus personarum geminatio accedat. Nã cũ quilibet sexus,duos superiores habeat,ex quibus progignitur, & duos inferiores,quos ,pgignit,necesse est,ut in singulis gradibus,superioribus, & inferioribus,personarum omnium geminatio accedat.[a] Sed in transuersis gradibus, transuersorum parentes,(excepto fratre & sorore,qui sunt gemini)[b] semper quadruplantur: quia quatuor modis differunt, cum sint masculi,uel consanguinei, uel uterini,aut fœminæ consanguineæ,uel uterinę. Transuersorum uerò liberi geminantur tantùm,sicut inferiores recti. Cęterum,quoniam sequens Pauli dinumeratio,mendosa est,etiam in codice Haloandri: subiunximus tabulam sequentem, ut mendum appareat.

a §.at quoties.ff.
b patet in nostra arb.

TABVLA, QVA PAVLI LOCVS, *hactenus corruptus, restituitur.*

EX præcedenti tabula,Pauli dinumeratio, etiã memoriter recitari poterit: si ita computaueris,Filius,nepos,pronepos,abnepos, atnepos &c.filia, nepos, pronepos, abnepos,atnepos,&c.filius,neptis,pronepos.filia neptis,pronepos.filius,nepos,proneptis.filia,nepos,proneptis.filius,neptis,proneptis.filia,neptis,proneptis.filius,nepos,pronepos,abneptis,atnepos.& omnibus abneptibus enumeratis,sic,Filius, nepos,pronepos,abnepos,atneptis.& deinceps per omnes tabulæ lineas. Sequitur nũc dinumeratio Pauli, quæ sic restituenda est,

FILIVS, nepos, pronepos, abnepos,atnepos, trinepos,item trineptis:filia,nepos,pronepos,abnepos,atnepos,trinepos,item trineptis: filius,neptis,pronepos,abnepos,atnepos, trinepos, item trineptis: filia, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis: filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis: filia, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis: filius

filius,neptis,proneptis,abnepos,atnepos,trinepos, item trineptis : filia, neptis,proneptis,abnepos,atnepos, trinepos, itẽ trineptis. filius, nepos, pronepos,abneptis,atnepos,trinepos, item trineptis : filia , nepos , pronepos, abneptis,atnepos, trinepos, item trineptis : filius, neptis, pronepos,abneptis,atnepos,trinepos, item trineptis : filia, neptis , pronepos, abneptis,atnepos,trinepos,item trineptis : filius,nepos proneptis,abneptis,atnepos,trinepos , item trineptis : filia,nepos,proneptis , abneptis, atnepos,trinepos,item trineptis : filius,neptis,proneptis, abneptis,atnepos , trinepos, item trineptis : filia,neptis, proneptis, abneptis,atnepos, trinepos, item trineptis : filius, nepos,pronepos, abnepos, atneptis , trinepos, item trineptis : filia, nepos, pronepos , abnepos, atneptis, trinepos,item trineptis : filius,neptis,pronepos,abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis : filia, neptis, pronepos,abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis : filius,nepos,proneptis,abnepos,atneptis,trinepos,item trineptis : filia, nepos,proneptis,abnepos,atneptis, trinepos, item trineptis : filius,neptis,proneptis,abnepos,atneptis,trinepos,item trineptis : filia, neptis,proneptis,abnepos,atneptis,trinepos, item trineptis : filius , nepos,pnepos, abneptis,atneptis,trinepos,item trineptis:filia,nepos,pronepos,abneptis , atneptis,trinepos, item trineptis : filius, neptis, pronepos,abneptis, atneptis , trinepos,item trineptis : filia,neptis , pronepos, abneptis,atneptis,trinepos , item trineptis : filius , nepos,proneptis, abneptis,atneptis,trinepos, item trineptis : filia, nepos , proneptis , abneptis,atneptis,trinepos,item trineptis: filius,neptis ,proneptis , abneptis, atneptis,trinepos,item trineptis ; filia, neptis, proneptis,abneptis,atneptis, trinepos,item trineptis.

FACILIOR esset dinumeratio si Paulus eo pacto computasset, quo superiorem tritaui cognationem suprà dinumerauimus.

SEPTIMO gradu personæ continentur mille uiginti quatuor hæ: Tritaui,item'que tritauiæ,pater mater. personas efficiunt centum uiginti octo. tritaui enim patres tot sunt, quot ipsius tritaui : item eiusdem matres totidem, fiunt sexaginta quatuor. Idem numerus Tritauiæ patris matris'que. Ataui atauiæ frater soror. Hi sunt tritaui tritauiæ filius filia : abaui abauiæ patruus,auunculus,amita, matertera : proaui, proauiæ patruus magnus,auunculus magnus, amita magna , matertera magna: aui auiæ'ue propatruus,proauunculus,proamita,promatertera: patris matris abpatruus,abauunculus, abamita, abmatertera, fiunt personæ atauí fratris triginta duæ. Nam sedecim quas atauus explet , accedant totidem propter fratris duplicem personam,necesse est. Nam sedecim fratres atauí ex patre computantur, & sedecim ex matre : Similiter atauí sorores triginta duæ fiunt,sexaginta quatuor : & totidem atauiæ fratris,item sororis. Patrui maximę filius filia : Hi sunt atauí nepos neptis ex filio,abaui fratris filius filia. Amitæ maximę filius filia: hi sunt ataui nepos neptis ex filia,abaui sororis filius filia. Auunculi maximi

filius

filius filia. Hi sunt atauí nepos neptis ex filio, abauię fratris filius filia. Materteræ maximæ filius filia: Hi sunt ataui nepos neptis ex filia, abauiæ sororis filius filia. Hæ omnes personæ, quas à patrui maximi filio enumerauimus, proauo proauiæq; eius cuius de cognatione quæritur, consobrini sunt: auo auiæq; eiusdem propius sobrinis. Singulæ appellationes continent personas senas denas: quia cùm patruus maximus sedecim efficiat, filius eius eandem habet enumerationem, totidemq; filia. Et sic ex omnibus his, quas à patrui maximi filio comprehendimus, ductis per octo sedecies, fiunt centum uiginti octo. Patrui maioris nepos personas cõtinet sedecim. Est enim abaui abauiæue pronepos: & cùm abauus octies numeretur, nepotes bis octies computati, supradictum numerum efficiunt: totidemq; patrui maioris neptis. Auunculi item maioris nepos neptis, eadẽ ratione personas cõplebunt triginta duas. Amitæ maioris nepos neptis, eadẽ ratione. Item materterę maioris nepos neptis. Et sic ex omnibus colligũtur centũ uiginti octo. His personis auusauia eius, de cuius cognatione quæritur, propius sobrinis sunt: pater mater sobrinus sobrina: is de cuius cognatione quæritur, sobrino natus est: hic proximo nomine definitur parenti suo sobrinus, ut Trebatius ait. Rationem quoq; nominis hanc reddidit, quòd ultimi gradus cognationum sobrinorum sint. Itaq; sobrini filium rectè proximum nomen ab eo ipso huius sobrini filius dicetur. Et ideo eos, qui ex sobrinis nati sunt, inter se proximum nomen appellarent. Hos enim nullum propriũ habere nomen quo inter se uocentur. Patrui magni prõnepos proneptis, auunculi magni pronepos proneptis, amitæ magnæ pronepos proneptis, materteræ magnæ pronepos proneptis. Ex his omnibus centum uiginti octo personæ efficiuntur: quia singulæ appellationes sedecim complent. Nam cum (exempli gratia) patruus magnus quadrifariter intelligatur: ad singulorum patruũm maiorum personas quadruplicatus pronepos, item proneptis, triginta duas personas reddent: tot'que quater numeratæ illã, quæ posita est, summam efficiunt. Eorum patres matresq; ei, de cuius cognatione quæritur, sobrini sobrinæ'que sunt: ipse uerò ęjs de sobrino sobrina'ue natus. Patrui abnepos abneptis, auũculi abnepos abneptis, amitæ abnepos abneptis, materteræ abnepos abneptis. Hæc singula uocabula senas denas continent personas. patrui enim (uerbi gratia) abnepos sic enumerabitur, ut bifariam patruo accepto, quater pronepos, toties proneptis ducatur: & sic ad eorum filios ueniatur sedecies computatos. Eadem ratione ad filiam, item ad cæteros: Et per hoc ex omnibus efficietur numerus personarum centum uiginti octo. Hi sunt ei, de cuius cognatione quæritur, consobrinorum pronepotes proneptes'que. His ille, de cuius cognatione quæritur, patrui maximi, auunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ filius filia: item proaui proauiæ consobrinus, fratris sororis'q; abnepos abneptis. Et hi personas continent centum uiginti octo. trinepotis filius, item filia: trineptis filius, item filia. Hi centum uiginti octo fiunt. Quòd cùm trinepos trineptis (ut supra demonstrauimus

uimus) ſexaginta quatuor impleant: filius eorum eadem numeratione, totidem filia, computabitur.

DE hoc ſeptimo gradu, in ſuperiore, & inferiori cognatione, non maximopere curandum eſt: cùm natura ad illum uſque uiuere non patiatur.[a] Præterea, in tranſuerſa, licet omnes agnati, nulli tamen cognati, præter ex ſobrino & ſobrina natum, conſiderabantur olim:[b] hodie uerò, reiecta agnationis & cognationis differentia,[c] omnes ad decimum uſque gradum admiſsi ſunt.[d]

a l.iiij.in princ.ff.eo.

b l.j.ff.unde cognati.
c §.nullam.aut.de hę red.ab inteſta.
d glo.§.fi.Inititu. de ſucceſ.cogn.

FINIS.

UAM UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID

SEBASTIANVS

VIRTVTE DVCE,

COMITE FORTVNA.

GRYPHIVS

EXCVDEBAT

LVGDVNI,

ANNO

M. D. XXXXII.

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID
5407257068

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MADRID
5408347437

UAM
UNIVERSIDAD AUTONOMA
DE MADRID